¶ Cum auis que perdix dicit̄. vt ait Cassianus in li. collationū. vna beato Johanni a q̄dam oblata fuisset. ⁊ ille eam quasi demulcendo tangeret ⁊ contrectaret. quidam adolescēs hoc videns ad coetuos suos ridendo dixit. Videte quō ille senex cum auicula sicut puer ludit. Quod beatus iohannes p spūm recognoscens iuuenem ad se vocauit. Cui dixit adolescens. Tu ne es iohannes qui talia agis ⁊ tam sanctus haberis. Quem iohānes quid in manu teneret requisiuit. Cui cū se arcum diceret tenere ait. Quid inde facis Et iuuenis. Nues inde ac bestias sagittam⁹. Cui apostol⁹. Quaꝛ iter. Tunc iuuenis arcum cepit tendere ⁊ tensum in manu tenere. Sed cum nil ei apostol⁹ diceret. iuuenis arcum distendit. Cui iohannes. quare fili arcum distendisti Et ille. quia si diutius tensus teneret. ad iacienda iacula infirmioꝛ redderet. Et apl'us ad hoc. Sic et hūana fragilitas ad cōtemplationem min⁹ valida fieret si semp in suo rigoꝛe ꝑsistens fragilitati sue interdū cōdescēdere recusaret. Nam ⁊ aq̄la cunctis auibus celsi⁹ volat. ⁊ solem clarius cōspicit. ⁊ tñ nature necitate ad ima descendit. Sic ⁊ human⁹ anim⁹ cum se modicū a cōtemplatione retrahit. crebꝛa innouatione ardentius ad celestia tendit. Btūs igit Johannes vt testat Hiero. cum ipe vsq̄ ad ip̄am suam vltimā senectutem ephesi morꝛetur. vt vix inē di-

scipulox manꝰ ad eccl̃iam deferret.nec plura verba dicere possꝫ ad quãlibꝫ pausã ꝟ dicebat verba. Filioli diligite alterutrũ. Tandẽ frẽs q̃ cũ eo erãt admirãtes q̃ semp eadẽ ꝟba diceret dixerũt ei. Magister q̃re sp loqueris hec ꝟba. Qui rñdit.qz p̃ceptũ dñi est.z si soluꝫ hoc fiat sufficit. Refert q̃ꝫ Helinandꝰ q̃ cũ iohãnes euangelista euãgeliũ scribere deberet.p̃us indixit ieiuniũ vt orarẽt se digna scriptuꝝ. Ferũ aũt ip̃m p illo loco secretissimo.in q̃ diuĩa scripturus secesserat orasse vt nulla huic insistens opi ibi ventox aut imbrium iniurias pateret. Hancq̃ eidẽ loco vsq̃ hodie reuerentiã elemẽta fuare dicũt. Hec Helinandꝰ. ¶ Cũ igit esset nonagintanouẽ annox. z a passione dñi fm ysi.anno.lxvij.apparuit ei dñs cũ discipulis suis di. Veni dilecte mi ad me. qz tps ẽ vt in mensa mea cũ tuis fratribꝰ epuleris. Surgens autẽ iohannes cepit ire. Cui dñs. Dñica die ad me venies. Veniente igit dominica vniuersus ppls cõuenit in eccl̃iam q̃ fuerat in ip̃s noie fabricata. Qui a p̃mo pullox cantu p̃dicauit eisdem.hortans eos vt in fide essent stabiles.z i mandatis dei feruentes. Post hoc foueam q̃dratã iuxta altare fecit fieri.z terrã extra eccl̃iam iactari. Descẽdensq̃ in foueã expãsis ad deũ manibus dixit. Inuitatꝰ ad p̃uiuiũ tuũ dñe iesu x̃pe ecce venio gr̃as agens.qz dignatus es ad me ad tuas epulas inuitare. sciens q ex toto corde meo desiderarem te. Cũq̃ orationẽ finisset tãta lux sup eũ emicuit.q nullus in eũ respicere potuit. Recedẽte aũt lumine.mãna fouea plena inuenit q̃ in loco illovsq̃ hodie generat.ita vt in fundo fouee instar minute arene scaturire videat.sicut in fontibꝰ fieri cõsueuit. Sctũs Eadmundꝰ rex anglie nulli petenti in noie scti iobis euãgeliste aliq̃d denegabat. Dñ̃ ꝓtigit q q̃dam pegrinꝰ absente camerario in noie scĩ iobis euangeliste importune a rege elemosinã postularet. Cui rex p̃ciosum anulum cum nil aliud in p̃mptu haberet dedit. Sed post plures dies q̃daꝫ miles anglie in transmarinis p̃tibꝰ cõstitutꝰ ab eodẽ pegrino anulũ regi referendũ in ꝟ verba recepit. Ille cui z p cuiꝰ amore anulũ hunc dedisti tibi remandat. Dñ̃ liq̃do patuit q ꝟ btũs iohannes eidẽ in forma apparuit pegrini.ysido. in li.de ortu vita z obitu sctõx patrum. Mutauit iohannes in aux siluestres frondium virgas.litoreaq̃ saxa in gemmas gẽmax fragmina ī p̃priã reformauit naturã viduã p̃cepto populi suscitauit.z redituũ corpus iuuenis remeante aĩa repauit.bibens letifex haustũ eua sit piculum.z eodem poculo p̃stratos in vite repauit statum. Hec ysiõ.





# Innocẽtes dicti sũt

i triplici rõne.s.rõne vite.rõne pene.rõne innocentie assecute. Ratione vite dicti sunt innocentes.ex eo q vitã innocẽtem id est nõ nocentẽ habuerũt. Nulli enĩ vnq̃ nocuerũt.nec deo p inobedientiã.nec p̃imo p iniusticiã.nec sibi p alicuiꝰ pcti maliciã. Et iõ dr in psal. Innocẽtes z recti adheserũt mihi. Innocentes in vita.z recti in fide. Rõne pene. q̃nt am innocent z iniuste passi sunt. Vñ psal. Effuderũt sanguinẽ innocentẽ ꝛc. Rõne innocẽtie assecute. q̃niã in ipo martirio assecuti sunt baptismalẽ innocentiã.i.ab originali pctõ mũdiciã. De q̃ innocentia dr in Psal. Custodi innocentiã z vidi eq̃tatẽ.i.custodi innocentiam baptismatis.z postmodum vide equitatẽ bone operationis. ꝟ

Innocẽtes ab herode ascalonita inf̃ecti sunt. Tres em̃ herodes sacra scripta cõmemorat.quos famosos fecit eox infamis crudelitas. Primꝰ dictus est herodes ascalonita sub q̃ dñs natus est z a q̃ pueri occisi sunt. Scds dicꝰ est herodes antipas q̃ iohannẽ decollauit. Tertiꝰ dictus est herodes agrippa.q̃ iacobũ occidit z petrũ incarcerauit. Vñ de ꝟ exãt versus. Ascalonita necat pueros.antipa iohannẽ. Agrippa iacobũ claudens in carcere petꝝ. Sed p̃mi herodis historiã breuiter videamus. Antipater idumeꝰ vt in hystoria scolastica legit.neptem regis arabum duxit in vxorẽ.ex q̃ filiũ habuit quẽ vocauit herodẽ.q̃ postmodũ ascalonita dictus est. Hic a cesare augusto regnũ iudee accepit. Et tũc p̃mitꝰ ablatũ est sceptrũ de iuda. Huic sex filij nati sunt.s.antipater.alexander.aristobolus.archelaus.herodes antipas. z philippus Alexandrũ aũt z aristobolũ ex eadem mr̃e iudea genitos romã misit liberalibꝰ artibus imbuẽdos. Post ꝟ a studio redierũt. Et erat alexander grãmaticus.aristobolꝰ aũt acerrimus oratox. Jãq̃ liberi licentiꝰ de susceptione regni cũ patre disceptabant Ob hoc pater offensus antipatrem illis p̃ponere satagebat. Cũq̃ illi de morte p̃is tractassent.z ob hoc a p̃re rejecti fuissent.cesarẽ adeũt de patris iniuria cõq̃sturi. Interea magi hierosolimã veniũt z de ortu noui regis diligentius scisciteñ. Herodes ꝟ audiens p̃turbat.timens ne de veroꝝ regum genere aliq̃s natus esset.q̃ eum tanq̃ regni inuasorẽ expelleret. Rogat igit magos vt eo inuento sibi renuncient. simulans se velle adorare quẽ volebat occidere. Verũtamẽ magi p aliã viam reuersi sunt in regionem suam Videns herodes q̃ neq̃q̃ ad se venirent.stel-

le visione eos deceptos ad se redire erubuisse credidit. & ĩo ab inq̃sitõe pueri aĩm revocavit Cũ aũt audisset q̃ pastores dixerant & q̃ symeon & anna ꝓphetaverant vehementer timuit & se a magis turpit illusum putavit. Tunc herodes de nece puerorũ q̃ erant in bethleez tractare cepit vt cũ eis ille quẽ ignorabat occideret. ad monitõnẽ aũt angeli ioseph cũ puerõ & matre in egyptum in civitatem hermopolim fugit. ibiq̃ septem annis vsq̃ ad obitũ herodis ꝑ mansit. Ingrediente igit dño in egyptum ſm ysaie vaticiniũ vniversa idola corruerũt. Tradunt q̃dã q̃ sicut in exitu filiorũ israel de egypto nõ fuit dom⁹ in egypto in q̃ ꝓcurante dño nõ iaceret mortuũ primogenitũ. ita nec tunc fuit templũ in q̃ nõ corruisset ydolũ. Refert Cassiodorus in hist. tripartita q̃ in hermopoli civitate thebaide dicat esse arbor q̃ vocat psidis valens in salutẽ multorũ si fructus aut folium aut ps corticis collo egrotantiũ alliget. Cum igit beata maria cum filio in egyptuz fugeret. hec arbor vsq̃ ad terrã inclinata est. & xp̃m suppliciter adoravit. Hec Cassio. ¶ Cuz igit herodes de nece puerorũ disponeret a cesare augusto ꝑ epl'am est citat⁹. filiorũ accusatiõib⁹ rñsurus. Qui cũ ꝑ tharsũ iter faceret intellexit q̃ magos naues tharsensiũ trãsuexissent. & ĩo oẽs naues tharsis cõburi fecit ſm qõ ꝓdictũ fuerat. In spũ vehementi ꝓteres naues tharsis. Cũq̃ pater cũ filijs corã cesare disceptaret. diffinitũ ẽ vt filij p̃ri i oib⁹ obedirent. & ipe cui vellet regnũ dimittẽt. Rediens igit herodes & ex cõfirmatione factus audacior. mittens occidit oẽs pueros q̃ erant in bethleem a bimatu & infra. ſm tps qõ exq̃sierat a magis. Hoc autem duplicẽ intelligentiã cõtinet. Primo vt infra dicat ordinem tpis. & est sensus. a bimatu & infra. i. ab infantibus duor annorũ vsq̃ ad puerũ vnius noctis. Didicerat em herodes a magis ea die q̃ stella apparuit eis dñm natũ esse. & q̃ iam annus fluxerat eo q̃ romã iterat & redierat. dñm anniculũ & aliq̃ insup diez esse credebat. Iõq̃ supra etatem ei⁹ vsq̃ ad bimos. et infra. i. vsq̃ ad vni⁹ noctis infantes deseuit in pueros. timens pueri morphoseon. ne scz puer cui sydera famulabant supra etatem suã vel infra faciem transformaret. Et hec sñia vsitati or habetur & verior reputat. Alio mõ exponit ſm Crisſ. vt infra dicat ordinem numeri. & est sensus. A bimatu & infra. i. a pueris duor annorũ vsq̃ ad pueros q̃nq̃ annorũ. Dicit em stellam per annũ ante ortũ saluatoris magis apparuisse. Herodes aũt postq̃ ꝺ a magis didicit. romam vadens adhuc ꝑ annũ distulit. Credebat aũt tũc dñm natum fuisse qũ magis stella apparuit & iõ dñm duor annorũ esse credebat. Oẽs pueros bimos occidit. & deinceps vsq̃ ad q̃nq̃ annos q̃ nõ minores bimis. Cui assertioni fidem facere videt q̃ q̃dam ossa innocentiũ habent adeo grandia q̃ bimorũ esse nõ pñt. Potest tñ dici q̃ longe maiorũ erant tũc hoies q̃ntitatẽ q̃ mõ. Ipe aũt herodes statim ibidem punitus est. Nam sic ait Macrobius als methodi⁹. & in q̃dam cronica legit. vn⁹ parvulus filius herodis ibidẽ ad nutriendũ casu fuerat datus q̃ cũ alijs a carnificib⁹ est occisus Tunc impletũ est qõ dictũ est ꝑ ꝓpheta. Vox ploratus & vlulat⁹ plax. s. matrũ audita est in rama. i. in excelso ¶ Deus aũt iudex iustissimus vt in eisdẽ historijs legit scolasticis non est passus tantã herodis neq̃ciã remanere impunitam. diuino em iudicio factũ est. vt q̃ multos orbaverat filijs. ipe suis miserabili⁹ orbaretur. Nam Alexander & aristobol⁹ iterũ patri habiti sunt suspecti. Confessus aũt vn⁹ de eorũ cõplicib⁹ q̃ alexander multa sibi donaria promisisset si patri venenũ ꝓpinaret. Cõfessus est etiam & barbitonsor de ꝓmissis sibi muneribus si dum patris barbam raderet eũ cõtinuo iugularet. Addiditq̃ alexandrũ dixisse. nõ eẽ ponendã spem in sene q̃ sibi capillos tingeret vt iuvenis appareret. Ob hoc pater irat⁹ eos occidi fecit. antipatrũ aũt futurũ regem instituit Sed ipi antipatri herodẽ antipã in regnũ substituit. Insuper herodẽ agrippã & heridiadem vxorem philippi quos ex aristobolo suscepat paterna dilectione fouebat. Hac duplici de cã antipat intolerabile ꝓtra p̃rem ꝓcepit odiũ in tantũ q̃ eũ attẽptavit occidere ꝑ venenũ. Qõ herodes p̃sentiens eum in carcere posuit. Augustus aũt cesar audito q̃ herodes filios occidisset dixit. mallẽ esse herodis porcus q̃ filius q̃ cum sit ꝓselit⁹ porcis pcit & filios occidit.

Ipe aũt herodes cũ iam annos. lxx. haberet in gravissimã egritudinẽ cecidit. Naz febre valida. prurigine corporis. colli cõtinuis tormentis. pedum inflatione. vermescentib⁹ testiculis intolerabili fetore. crebro anhelitu. & interruptis suspirijs torq̃bat. A medicis vo in oleo positus inde quasi mortuus est ablat⁹. ¶ Audiens aũt iudeos mortẽ suã cum gaudio expectare nobiliores iuvenes ex oi iudea collectos in carcẽ posuit. dixitq̃ salome sorori sue. Scio iudeos de morte mea gavisuros. Sed potero habere multos lugentes & nobiles exequias mei funeris. si meis volueris parere mandatis. vt cum spiritum emisero cunctos occidas quos in custodia servo. vt sic omnis iudea me defleat licet inuita. Habebat aũt in cõsuetudine vt post omnẽ cibum pomũ ꝑ se gladio purgaret & comederet. Cũq̃ gladiũ in manu teneret. tussiq̃ violẽta distenderet. circũspiciẽs ne

se aliqs impediret seipm pcussurus manū dex
terā sustulit Sz cōsobrin⁹ eius sustinendo dex
terā ei⁹ impediuit. Protin⁹ aūt q̄si rex mortu
us eēt in aula regia vlulat⁹ insonuit. Quo au
dito exultat antipater mḡtaq; si solueret custo
dibus pollicet. Hō cū cognouisset Herodes.
grauī⁹ filij exultationē q̄ ꝑtā tulit mortem.
Mittensq; satellites eū occidi fecit ⁊ archelaū
post se regnaturū instituit. Sicq; post q̄nq; di
es mortu⁹ est. in alijs fortunatissimus. in reb⁹
domestic infelicissim⁹. Salome aūt sororī ei⁹
oīs absolnit q̄s rex occidi mandauerat. Re
migius aūt in originali sup Math. di. q̄ hero
des gladio quo pomū purgabat se pemit. ⁊ q̄
salome sororī ei⁹ oīs vinctos ꝑut cū frē ordi
nauerat interfecit. xj

De sancto Thoma cantuariensi.

# Homas interpreta

t tur abyssus gemin⁹ vel sectus. Abys
sus. i. pfundus in humiliatiōe. qō pz
in cilicio ⁊ pedū pauper lotōne. Gemin⁹ in p
latione. q⁊ geminate pfuit. s. vbo exemplo. Se
in passione.

Homas cātuariensꝭ archiepꝰ dū in
t curia regī anglie ꝓsisteret. ⁊ q̄dam ibi
dem fieri cōtraria religiōi videret cu
riā ipaz deseruit. ⁊ cātuariēsi archiepo se cōmi
sit a q̄ archidiacon⁹ fact⁹ ad pces tū archiepi
regis cancellariā suscepit vt prudentia q̄ erat p
ditus malignor in ecclam ꝓhiberet insultus
Quē adeo rex dilexit vt post decessuz archiepi
cū in cathedralē honorē ꝓcurauerit sublima
ri. Qui lz plurimū resisteret. tandē ad obedīē
tie pceptū hūeros supposuit ad portādū Sub
ito aūt in virū pfectū alter pmutat. ⁊ caro eius
cilicio ⁊ ieiunijs macerat. nō solum em cilicīū
p camisia deferebat sed ⁊ femoralia cilicina vs
q̄ ad poblicē baiulabat. Sanctitatē aūt suam
ita subtiliter occultabat. vt saluo sp honestis
rigore sub decentia vestium ⁊ apparatu vrensi
lium cōcordaret moribus singulor. Tredecīs
pauper pedes quotidie curuat genib⁹ ablue
bat. ⁊ refectos datos cuilibet q̄ttuor argenteis
remittebat. Rex aūt ad voluntatē suā in detri
mētum eccl'ie ipm inflectere nitebat. volēs vt
ꝓsuetudines q̄s cōtra libertatē eccl'ie p̄decesso
res sui habuerant. ab eodē sil'r firmarent. Qui
dū oīno assentire noluit cōtra se irā regis ⁊ pn
cipū ꝓuocauit. Quadā aūt vice sic ipe cū alijs
epīs a rege ortat⁹. vt etiam sibi mortis snia mi
naret. magnor viror decept⁹ cōsilijs vboten⁹
assensuz pbuit voto regis. Verū ex hoc vidēs
aiarum piculū imminere. seipm postmodū in
penitentia grauī⁹ cruciauit. ⁊ ab altaris officio
se suspendit q̄usq; a summo pontifice restitui
mereret. Rexit denicq; rex vt qō vbo dixerat
scripto cōfirmaret. Cui viriliter ꝓtradixit. ⁊ a
curia erectā sibi baiulās crucē discessit concla
mantib⁹ impijs ꝓtra eū. Capite furē. suspendi
te ꝓditorem. Et ecce duo magni ꝓceres ⁊ fide
les ad eū fusis lacrimis venientes sub iuramē
to asserūt q̄ in eius mortē multi ꝓceres cōiu
rarunt. Vir igit dei magis eccl'ie q̄ sibi metu
ens fugā iniit. ⁊ senonis a papa alexandro su
scept⁹ ⁊ in monasterio pontiniacēsi cōmēdat⁹
postmodū in francīā vsq; deuenit. Rex vo dū
romā misisset vt legati venirent q̄ h negocium
diffinirent. oīno repulsam patit. ⁊ ob hoc i irā
ꝓtra archiepm amplius ꝓcitat. Hū oia q̄ erāt
archiepi ⁊ suor diripuit ⁊ totā ei⁹ pgeniē exi
lio cōdēnauit. nequaq; deferens ꝓditōi vel se
xui ordini vel etati. Ipe aūt p rege ⁊ p regno
anglie quotidie exorabat. Reuelat aūt archie
piscopo q̄ ad suā eēt eccl'iaz redit⁹. ⁊ ad xpm
cū palma martirij migraturus. Septīo igit an
no sui exilij redire cōcedit ⁊ a cūctis cū hono
re suscipit. E Per aliq̄t dies ante ei⁹ mar
tirīū iuuenis q̄dam de corpe exiens. ⁊ postmo
dū miraculose rediēs aiebat q̄ vsq; ad supmū
sanctor ordinē ductus fuit ⁊ inter apl'os sedē
q̄ndā vacuā vidit. Percūctanti aūt cui⁹ eēt h
sedes. angel⁹ rndit. q̄ cuidā magno sacerdoti
anglicor a domino seruaret. Sacerdos qui
dā missaz de btā vgine celebrabat q̄tidie. Qui
archiepo accusat⁹ ab eo accersit ⁊ tāq; ideota
⁊ insci⁹ ab officio suspendit. Cū aūt btūs tho
mas cilicīū suū suere deberet ⁊ sub lecto ipm
abscondisset. vt ad suendū horā captaret. btā
maria sacerdoti apparuit dī. Vade ad archie
piscopū. eiq; dicas q̄ illa ob cui⁹ amorē missas
dicebat. ei⁹ cilicīū qō ē in tali loco cōsuit ⁊ setā
rubeā de q̄ illō ꝓsuit ibidē reliquit. Illa igit si
bi mandat q̄ interdictū qō tibi fecerat debeat
relaxare. Hō ille audiens ⁊ ita inueniens stu
puit. ⁊ interdictū relaxās sacerdotē h secretuz
hre pcepit. Defendit vt p⁹ iura eccl'ie. nec a re
ge flectī vi vel pce. Cū g nullaten⁹ flecti possz
ecce milites regis armati veniūt. ⁊ vbi archie
piscop⁹ sit vociferando inq̄runt. Quib⁹ ille oc
currēs dixit. Ecce ego. q̄d vultis. Et illi Veni
mus vt occidaris ⁊ vltra viuere non valebis.
Quib⁹ ille dixit. Ego p deo mori pat⁹ sum et
p defensiōe iusticie eccl'ie libertate Si igitur
me q̄ritis. ex pte dei oipotentis sub anathema
tel phibeo ne hor cuiq; aliq̄ten⁹ noceatis. deo
aūt ⁊ btē marie ⁊ sctis omnib⁹ ⁊ btō Dionisio
cām eccl'ie ⁊ meipm cōmendo. Quib⁹ dictis ve
nerandū caput gladijs impior impetit. sacra
capitis corona pcidit cerebr p eccl'ie pauimen
tum dispergitur. ⁊ sic martir domino consecra
tur. anno dñi. M. clxxiij. D Dum igit de.

rici requiem eternā inciperēt. ⁊ ꝑ eo missā agerent defunctoꝝ. subito vt aiunt angeloꝝ chori astātes voces cātātiū. interrūpūt martiris missam incipiūt. Letabit iust⁹ cōcinūt. ⁊ ceteri clerici ꝓsequunt. Hec est reuera mutatio dextre excelsi. dū cant⁹ merozis vtiq; i canticū laudis cū illū cui defunctoꝝ suffragia inchoauerant: martirū postmodū hymnis laudant. Reuera eximia cōprobat scitate ꝑditus ⁊ martir dñi glozioſus. quē tanto honoze angeli ꝓuenerūt: ⁊ sanctozum martirū cathalogo ascripserunt.

Passus est aūt sctūs iste ꝑ eccl'iam: in eccl'ia in loco sancto ⁊ in tpe sacro inter man⁹ sacerdotū ⁊ religioſoꝝ vt patientis pietas ⁊ ꝓsequentiū crudelitas ostendat. Multa insup ⁊ alia miracula ꝑ sanctū suū dñs operari dignat⁹ est. Meritis em̄ eius cecis visus. surdis auditus. claudis gressus. vita mozruis restituta st. Pozro aqua qua panni cōsperſi eius sanguine lauabant multis extitit in medelā. Quedam dña de anglia varios oculos habere ob lasciuiam ⁊ maiozem pulcritudinē affectabat. sup ꝟ vouens votum nudis pedibus sepulcrū beati thome visitauit. Que cum in oratione ꝓstrata iaceret. surgens inuenit se penitus excecatā statimq; penitens cepit rogare beatū thomaz vt iam nō varios ꝛ saltē suos sibi redderet oculos. qō tandē cū magna difficultate vix valuit obtinere E Quidā aūt illusoz aquā simplicem ꝑ aqua sctī thome dño suo in pixide obtulit cōiuanti. Cui dñs ait. Si nil mihi vnq; furatus fuisti sctūs thomas aquā suā huc te deferre ꝓmittat. si aūt reus furti es aq̄ ipa ꝓtin⁹ euanescat. Huic igit dicto ille cōsensit. sciens q; pixidē aq̄ nup impleuisset. mira res pixidez ꝓtinuo aperierūt ⁊ vacuā inuenerūt. Sicq; seruiens in mendacio deꝑhendit ⁊ furti re⁹ euidentius ꝓbat. Auis q̄dā docta loq. cū nisus eā inseqūret sic didicerat cepit clamare. S. thoma adiuua me. Et statim nisus mortuus cecidit ⁊ illa euasit. Quidā quē. S. thomas valde dilexerat cū grauit infirmaret iuit ad ei⁹ tūbaz ⁊ ꝑ sanitate sua rogauit. ⁊ ad libitū ipetrauit. Sz cū sanatus rediret cepit cogitare q; illa sanitas aie sue fozsitan nō expediret. vñ iter rediens ad sepulcrū orauit. vt si nō eēt vtile anie sue ꝓtinuo infirmitas ipa rediret. Statimq; infirmitas redijt sicut ꝓius. In eius aūt interfectozes intantū vltio diuina deseuit vt alij digitos dētib⁹ suis frustatim discerpentes. alij sanie defluentes. alij paralisi dissoluti. alij amentes effecti miserabiliter interirent.

xij A

De sancto siluestro.

Jlueſter dicit a sile qō est lux. ⁊ tra. q̄si lux tre. i. eccl'ie. q̄ instar bone terre hz pinguedinē bone opatiōis. nigredinem hūiliatiōis. ⁊ dulcedinē deuotiōis. Per ista em̄ tria agnoscit bona terra. vt ait palladi⁹ Vel siluester ōz a silua ⁊ theos. q; hoies siluestres. i. incultos ⁊ duros ad fidē xp̄i traxit. Vt sicut dicit i glosario. Siluester ōz viridis agrestis vmbzosus. nemozosus Viridis celestia cōtemplando. Agrestis seipm excolēdo. vmbzosus ab oi ꝓcupiscētia refrigeratus. nemozosus inter arboꝛes celi plantat⁹. Eius legendā cōpilauit Eusebius cesarien. quā btūs Gelasius in cōcilio septuaginta epoꝝ a catholici legendā cōmemozat. sicut in decreto habet. B

Jlueſter a mr̄e re ⁊ noie iusta genit⁹ s ⁊ a cirino p̄sbzo eruditus hospitalitatem sumoꝛe exercebat Thimotheus autē q̄dam xp̄ianissim⁹ ab eo in hospitiū susci pit. q; tū ob persecutionē ab alijs vitabat. Hic thimotheus ꝑ vnū annū ⁊ tres menses ꝑdicauit. ⁊ postea coꝛonā assecut⁹ est martirij. dū predicaret cōstantissime fidem xp̄i. Putans autē tarq̄nus ꝑfectus thimotheū multis abūdasse diuitijs. eas a siluestro ꝛexpetijt inferens ei minas mozris. Sz cum vere thimotheū hmōi diuitias nō habuisse cōperit. siluestꝝ ydol'imolare ꝑcepit. alioq̄n in crastinū recipet diuersa genera tormentoꝝ. Cui siluester. Stulte hac nocte moꝛieris. ⁊ sempiterna tormenta recipies. ⁊ velis nolis verū deum esse quē colim⁹ recognosces. Siluester igit carceri tradit ⁊ tarq̄n⁹ ad prandiū inuitat. Dum q; comederet. os pisces in eius gutture sic versat vt nulla rōne reij cere potuerit vel glutire Sicq; media nocte defunct⁹ ad tumulū cū luctu ducit ⁊ siluester cū gaudio a carcere liberat. Qui nō solū a xp̄ianis ꝟ etiā a paganis miro diligebatur affectu. Erat enim aspectu angelicus. fmone nitid⁹ integer coꝛpoze. sctūs ope. cōsilio magn⁹. fide catholicus. spe patientissimus. caritate diffusus Mozruo igit Melchiade epo vrbis rome. siluester ab oi plebe plurimū renitens i summū pontificem est electus. Hic oim oꝛphanoꝝ. viduaꝝ ⁊ paupeꝝ noia in matricula scripta habebat. ⁊ oibus necessaria ꝓuidebat. Hic q̄rtū ⁊ sextū diē ⁊ sabbatum ieiunijs instituit obseruandū. quintū vo q̄si dominicū celebrandum Grecis vo xp̄ianis dicentib⁹. sabbatū diē potius ꝟ sq̄ntū celebrandū. rūdit hoc fieri nō debere. q; ꝟ est traditiōis ap'lice. ⁊ q; dñice debet cōpassio sepulture. Cui illi. Vnū est sabbatum sepulture in quo semel in anno ieiuniū est exhibendū. Quib⁹ siluester. Sic ois dies dñic⁹ resurrectionis gl'ia. sic omne sabbatum decoratur dñica sepultura. Igit de sabbato acquiescunt. sed de quinta feria vehementer ꝓtendūt

asserentes nō debere xp̄ianoꝝ solennitatibꝰ so
ciari. Siluester aūt eiꝰ dignitatē p̄cipue in tri
bus oñdit. Quoniā hac die dñs ad celos ascē
dit. ⁊ corpis ⁊ sanguinis sacramentū instituit.
⁊ sacrū crisma eccl̄ia cōficit. Dēs igit̄ rōibꝰ eiꝰ
acq̄escunt. ¶ Persequente aūt cōstantino
xp̄ianos siluester de vrbe exijt ac in q̄dam mō
te cum suis clericis mansit. Ipe aūt Cōstanti
nus merito p̄secutiōis tyrannice in incurabi
lem cecidit plagā lepre. Tandē ad cōsiliū pon
tificū idoloꝝ adducta sūt tria milia pueroꝝ vt
eos occidi faceret. ⁊ se in eoꝝ sanguine recenti
⁊ calido balnearet. Egrediente aūt eo ad locū
vbi balneū pari debebat. mrēs pueroꝝ eidē oc
currunt. q̄ solutis crinibus miserabiliter vlula
bant. Et lacrimans p̄stantinus iussit stare cur
rum ⁊ erigens se dixit. Audite me comites et
cōmilitones ⁊ oēs ppli q̄ astatis. Dignitas ro
mani imperij de fonte nascit̄ pietatis q̄ hanc
etiā legem dedit vt capitali sñie subderet̄. q̄cū
q̄ in bello aliquē occidisset infantē. Quāta er
go erit crudelitas vt hoc nr̄is faciam⁹ filijs q̄
fieri p̄hibuim⁹ alienis. Quid iuuat barbaros
supasse si a crudelitate vincamur. Nā vicisse ex
traneos natiōes rōanevirū est bellātū ppl̄oꝝ
vincere aūt vicia ⁊ pctā vtus est moꝝ. In illis
vo plijs fortiores nos existim⁹ illis In his vo
nobismetipis fortiores sumus. Qui em̄ fuerit
in isto certamine supatus. victoriā obtinet vi
ctus. Victor em̄ post triūphū vincit̄ si pietas
ab impietate supat̄ Vicat g̃ nos pietas in isto
cōgressu. Bene em̄ oim aduersantiū poterim⁹
esse victores si sola pietate vincamur. Omniū
em̄ se esse dñm cōprobat. q̄ seruū se monstraue
rit pietatis. Melius est ergo me mori (saluavi
ta innocentiū) q̄ p eoꝝ interitū vitā recupare
crudeles. quā tū recupare incertū est cū tū cer
tū sit q̄ sic recupata crudelis est. Jussit igit̄ vt
matribus suis pueri redderent̄. ⁊ dona p̄ma
⁊ infinita vehicula p̄berent̄ Sicq̄ mr̄es q̄ flen
do venerant ad loca sua cū gaudio redierunt.
Ipse aūt imperator ad palaciū suū reuersus est.

¶ Seq̄nti vo nocte Petrus ⁊ paulus ap
paruerunt ei dicentes. Quoniā exhoruisti ef
fusionē sanguinis innocētis. misit nos domi
nus ihs xp̄s dare tibi recupāde p̄siliū sanitat̄
Siluestrū igit̄ ep̄m q̄ apō montes siraptim la
titat accersire. hic tibi, piscinā oñdet. in q̄ imer
sus tertio ab oī curaberis lepre morbo. Tu vo
xp̄o hanc vicissitudinē reddas vt idoloꝝ tem
pla diruas. Xp̄i restaures eccl̄ias. ⁊ eius, dein
ceps cultor fias. Euigilans igit̄ constantinus
statim misit milites ad siluestrū. Videns aūt
siluester milites statim ad palmā martirij cre
didit se vocari. Deo aūt se recōmendans ⁊ so
cios secum adhortans Constantino intrepid⁹
p̄sentat̄. Cui constantin⁹ assurgens ait. Hū te
venisse gratulamur. Qui a siluestro resalutā
tus narrauit ei p ordinem sui somnij visionez
Percūctanti vo cōstantino q̄ eēnt illi duo dij
q̄ sibi apparuerūt. Siluester respōdit illos eē
xp̄i ap̄los ⁊ nō deos. Tunc ad p̄ces impatoris
siluester ap̄lorum imagines iussit sibi afferri.
Quas vt impator aspexit tales esse q̄ sibi ap
paruerunt declamauit. Siluester igit̄ eum ca
thecuminū fecit. ⁊ vnius hebdomade ieiuniū
sibi indixit. ⁊ carceres aperire monuit. Cunq̄
in aquā descēdisset baptismatis. mirabilis ibi
emicuit splendor lucis. Sicq̄ inde mund⁹ exi
uit. ⁊ xp̄m sevidisse asseruit. Prima aūt die sui
baptismatis hanc legē dedit vt xp̄s ab vrbe ro
mana tanq̄ verus de⁹ coleret̄. Scōa vt si quis
xp̄m blasphemaret capite puniret̄. Tertia vt
q̄cunq̄ xp̄iano faceret iniuriam bonoꝝ suoꝝ
pte dimidia p̄uaret̄. Quarta vt sicut impera
tor rome: sic romanus pontifex caput ab vni
uersis epis habeat̄. Quinta vt q̄cunq̄ in eccle
sias p̄fugerit ab omnibus seruet̄ iniurijs imu
nis. Sexta vt nullus nisi de licentia sui antisti
tis eccl̄iam edificet intra muros alicuius ciui
tatis. Septima vt ad edificationē eccl̄iarū de
cime possessionū regalū tribuant̄. Octaua im
perator ad eccl̄iam sancti petri venit. ⁊ de suis
culpis se lamētabiliter accusauit. Postmodū
arrepto bidente ad fundamentū basilice eccl̄ie
construendū terram p̄imus aperuit ⁊ duode
cim cophinos in suis scapulis foras eiecit.

¶ Hecvbi helena mater constantini augusti
in bethania consistens audiuit. p lr̄as laudat
filium q̄ abrenunciasset simulacris ydoloꝝ. ꝯ
dure increpat q̄ relicto deo iudeoꝝ crucifixuꝫ
hoiem deum colat. Rescribit autē august⁹ vt
iudeorū magistros secum adducat. ⁊ ip̄e xp̄ia
norū doctores, p̄ferret. vt sic ex disputatōe mu
tua appareat fides vera. Adduxit igit̄ sancta
helena centum quadraginta vnū doctissimos
iudeorum. Inter quos duodecim erant q̄ sapi
entia ⁊ eloq̄ntia p̄ ceteris rutilabant. Cū igitur
siluester cū clericis suis ⁊ p̄dicti iudei ad disp
tandum coram impatore insimul p̄uenissent
de cōi p̄sensu duos iudices gentiles sapientis
simos ⁊ p̄batos noie crathon ⁊ Zenophilum
statuerunt ad quos ptinert sententia dicendo
rū. Qui lz gentiles erant tū iustissimi ⁊ fideles
Taliq̄ inter eos sñia est firmatū vt vno stante
⁊ loquente ali⁹ non loquatur. Incipiens igi
tur p̄im⁹ de illis duodecim noie abiathar ait
Cum isti tres deos dicant p̄em ⁊ filiū ⁊ spiri
tū sanctū. manifestū ē eos p̄tra legē agere q̄ di
cit. Videte q⁊ ego suꝝ sol⁹ de⁹. ⁊ nō est ali⁹ ōs
pter me. Deniq̄ si dicūt deū xp̄m esse q⁊ mul
ta fecit signa. In nr̄a etiā lege multi fuere qui

miracula plurima fecerūt. ⁊ tñ nunq̄ ex ꝟ dei ratis nomen sibi vsurpare ausi sūt sicut iste ie-sus quē isti adorant. Ad quem siluester. Nos vnū deū colimus. ⁊ nō in tanta solitudine eu⁊ dicim⁹ vt gaudiū filij nō hꝫet. Ex vꝛis aūt li-bꝛis vobis trinitatē ꝓsonaꝝ demonstrare vale mus. Nā pꝛem dicim⁹ de q̄ ꝓpha ait. Ipe in-uocauit me. pater me⁹ es tu ⁊c. Filiū de q̄ idez Filius meus es tu. ego hodie genui te. Spm̄ sanctū de q̄ idem. Spū oꝛis ei⁹ eis vꝛtus eoꝝ. In hoc etiā q̄ dixit. Faciam⁹ hoiem ad imagi-nē ⁊ sīlitudinē nꝛam. euidenter ⁊ ꝓsonaꝝ plu-ralitatem ⁊ diuinitatis vnitatē demonstrat. Li cet aūt sint tres ꝓsone. vn⁹ tñ deus est. Nō exē plo visibili aliq̄tenus demōstrare valem⁹. Et accipiens purpurā impatoꝛis tres sibi plicas fecit dicens. Ecce videtis tres plicas. Et expli cans eas ait. Ecce q⁊ tres plice sunt vnus pan nus. ita tres ꝓsone sunt vnus de⁹. De ꝟ autez qō dicit q̄ ex miracul' de⁹ credi nō dꝫ cum alij plures scī miracula fecerūt. nec tñ se deos di-xerūt sic̄ xp̄us deū p ꝟ se asserere voluit. Certe deus supbientes ꝓta se nūq̄ passus ē sine pe-na acerrima ꝓterire. sic̄ patet in dathan ⁊ aby-ron alijsq̄ ꝛpluribus. Quō ergo mentiri po-tuit ⁊ se deū dicere qō nō erat. cū eum se deus dicentē nulla pena secuta fuerit. ⁊ vtutū effica cia comitabaꝝ. Tunc iudices dixerūt. Constat abiathar a Siluestro superatuꝫ. Nam ⁊ ratio hoc docet. q⁊ si deus nō esset ⁊ se deum dixisset conferre vitam moꝛtuis non valeret. Tūc il-lo amoto scōs q̄ ⁊ Jonas dicebaꝝ ad ꝓflictum accedens ait. Abꝛaam a deo circūcisionē acci piens iustificat⁹ fuit. ⁊ etiā oēs filij abꝛae p̄ cir-cūcisionē iustificabanꝝ. Igit q̄ nō fuerit circū-cisus non erit iustificatus. Ad quez Siluester Constat abꝛaam ante circūcisionē deo placuis se ⁊ āmicū dei appellatū esse. igit nō circūcisio ipm̄ sanctificauit sed fides et iustꝫa ipm̄ deo placere fecit. Non igit accepit circūcisionē in sanctificationem sed in distinctionem. Jsto superato tertius q̄ ⁊ Godolias accedens ait. Quomodo xp̄s vester potest esse de⁹. cū assera tis eu⁊ esse natū: tentatū: traditū: nudatū: felle poratū: ligatū: crucifixū: sepultū: cū ꝟ omnia in deo esse non possint? Ad ꝟ siluest. De vestris libꝫis hec omnia ꝓbam⁹ de xp̄o fuisse p̄dicta. Nam de eius natiuitate dixit Ysaias. Ecce vir go concipiet ⁊c. De eius tentatiōe Zacharias. Vidi Jesum sacerdotem magnū stantem co-ram angelo ⁊ sathan stabat a dextris eius ⁊c. De eius traditione Psal. Qui edebat panes meos magnificauit sup̄ me supplantōnem ⁊c. De eius nudatione idem. Diuiserunt sibi ve-stimenta mea ⁊c. De eius potatione fellea idē Dederunt in escam meam fel ⁊c. De eius liga tione Hesdras. Vinxistis me non sicut patrē qui liberaui vos de terra egypti clamantes an te tribunal iudicis humiliastis me. suspenden tes in ligno tradidistis me. De eius sepultura Hieremias. In sepultura ei⁹ reuiuiscent moꝛ tui. Cum ergo Godolias q̄d responderet non haberet. data sīa remotus est. F Quart⁹ qui ⁊ Annas accedens ait. Ea que de alijs di-cta sunt Siluester iste de suo christo p̄dicta fu-isse firmat. Vnde superest vt pꝛobet hec de suo christo dicta fuisse. Ad quem Siluester. Da-bis ergo alium quem vgo concipit. qui felle est cibatus. spinis coꝛonatus. crucifixus moꝛ-tuus ⁊ sepultus. qui resurrexit a moꝛtuis. ⁊ ad celos ascendit. Tunc constantinus ait. Si ali-um non dederit sciat se esse superatum. Qui cum hoc facere non posset amouet Quint⁹ qui ⁊ doech pꝛoducit q̄ ait. Si ex semie dauid christus iste natus eet ⁊ sanctificatus vt dicitis ergo baptisari non debuit vt iterū sanctificare-tur. Ad quem siluester. Sicut circūcisio in xp̄i circūcisione finem accepit. ita noster baptism⁹ in christi baptismate initium sanctificatōis ha buit. Non ergo baptisatus est vt sanctificaret sed vt sanctificaret. Qui cum taceret ait Con-stantinus. Non taceret doech si haberet cōtra-ria q̄ ꝓferret. Tunc sextus qui ⁊ Chusi ait Bellemus vt Silnester ille causas huius vir ginalis part⁹ nobis exponeret. Ad quem Sil uester. Terra de qua Adam fꝛmat⁹ est incoꝛ-rupta erat ⁊ virgo. q⁊ necdum se ad bibendum humanū sanguinem apuerat. nec maledictio-nem spinaꝝ acceperat. nec hominis moꝛtui se pulturam habebat. nec serpenti data fuerat ad edendum. Oportuit ergo ex maria virgine no uū Adam fieri. vt sicut serpens natum ex vir-gine vicerat. sic a nato ex virgine vinceret. Et qui Ade victoꝛ extitit in paradiso. ipe tentatoꝛ factus est domini in deserto vt qui Adam vi-cerat manducantem. vinceret a dōmino ieiu-nante. Hoc supato septim⁹ qui ⁊ beniamin ait. Quomodo christus vester filius dei potest esse q̄ a diabolo tentari potuit. vt modo fame panem ex lapidibus facere vrgeret. modo in templi celsitudinem leuaret. mō ad adoꝛandū ipsum dyabolum induceretur. Ad quod Sil uester. Si diabolus ideo vicit: quia ab Adam manducante est auditus. cōstat ideo eum esse superatum. quia est a christo ieiunante cōtem ptus Nos aūt eum non inq̄ntū deus sed inq̄n tum hō tentatū esse fatemur. Jdeo aūt tripliciter est tentat⁹. vt a nobis omnes tentantiones excluderet. ⁊ fꝛmā vincendi daret. Sepe nan q̄ in hoie victoꝛiaꝝ abstinentie seq̄tur tentatio humane gl'e. ⁊ tentationē hūane gl'e appetit⁹ dominij ⁊ excellentie comitaꝝ. Jpe igit a xp̄o

in his vincit vt vincendi forma nobis donet.

Isto supato octauꝰ q̄ t aroel ait. Constat qr deus summe pfectꝰ est t nullius indiget. qđ ergo ei opus fuit vt nasceret in christo. Quō iterū xp̄m v̄bū appellas. Sz t hoc constat. quia deus anteq̄ haberet filiū pater dici nō potuit. ergo si pater xp̄i postea dictꝰ est mutabilis factus est. Ad hoc Siluester. Filius ante tpa ex patre est genitus. vt faceret q̄ nō erant. t in tpe est natꝰ vt reficeret q̄ pierant. Que t si solouerbo reficere poterat: tū p passionem nisi homo fieret redimere nō valebat. qr in sua deitate aptus ad patiendū non erat. Nec hoc erat impfectiōis q̄ pfectionis si in sua nō erat deitate passibilis. Porro filiū v̄bum dei dici ex eo patet. qr ꝓpheta ait. Eructauit cor meū verbū bonū. Deus q̄z semp pater fuit. quia semp eius filiꝰ extitit. Filius enim eius est v̄bum eius: sapiētia eius: v̄tus eius. In patre aūt semp fuit verbum iuxta illud. Eructauit cor meū verbum. Semp sapientia. iuxta illud. Ego ex ore altissimi pdūi ꝓmogenita aū omnē creaturā. Semper virtꝰ. iuxta illud. Ante oēs colles ego parturiꝛ. necdum fontes aquarum eruperant ⁊c. Cum ergo pater nunq̄ fuerit sine v̄bo: sapientia t v̄tute. quō putas hoc nomen sibi ex tempore aduenisse? Hoc ergo amoto nonus q̄ t Iubal dixit. Constat quia deus coniugia non damnat. nec eis maledixit. quare ergo de coniugio natum denegatis hunc esse quem colitꝫ nisi vt obfuscare coniugia studeatis. Rursus quomodo tentatur qui potens est. patik q̄ virtus est. moritur qui vita est. Deniq̄ ad hoc cogeris. vt duos filios esse dicas. vnum quē pater genuit. alterū quem virgo generauit. Rursus quomodo fieri potest vt patiat homo qui assumptus est: sine lesione eius a quo assumptus est. Ad hoc Siluester. Nos xp̄m nō ideo natum de virgine dicimꝰ vt coniugia condemnemus. sed causas virginei partus rationabiliter acceptamus. nec hac assertione obfuscant. sed ornantur coniugia. quoniā hec virgo que christum peperit. de coniugio nata est. Tentatur autem christus vt omnes tentationes dyaboli vinceret. patik vt vniuersas passiones sb̄ii ceret. moritur vt mortis imperium subiugaret Dei quoq̄ filius vnus in christo est: qui sicut vere est dei filiꝰ inuisibilis. ita visibilis est xp̄s Est ergo inuisibile hoc quod est deus. t est visibile hoc qō est homo. Pati v̄o posse hominē assumptum sine passione eiꝰ q̄ assumpsit exēplo doceri pōt. Nā pūtis purpure regis vtamur exēplo. Lana eñ fuit t huic lane sanguis accedens colorem purpureū p̄buit. Cum ḡ teneret digitis t torqueret in filo. qđ torq̄bat. h̄ qō regie dignitatis color est. an hoc qō lana extiterat anteq̄ purpura fieret. Lane ergo assistitur homo: coloꝛi purpure deꝰ. q̄ sit in passione fuit dū pateret in cruce. sed passioni in nullo sbiacuit. Decimꝰ q̄ t thara dixit. Nō mihi placet istud exemplū. qr sit color torquet cū lana. Cui cum oēs cōtradicerēt. siluester dixit. Accipe ergo aliud exemplū. Arbor hūs i se solis splendorē. cū incidit totū qđē suscipit. splēdor aūt ab incisione immunis existit. Sic hoie patiente diuinitas nulli passioni subiacuit. G

Undecimꝰ q̄ t sileon ait. Si de xp̄o tuo ꝓphete ista vaticinati sunt. tante irrisiōis passionis t mortis causas scire vellemꝰ. Et siluester Esuriuit xp̄s vt nos reficeret. Sitiuit vt aridi tati nostre vitalia pocula ministraret. Tentatꝰ est vt nos a tentationibus liberaret. Tentꝰ est vt nos a demonū captura redimeret. Irrisus est vt nos ab irrisione demonū eriueret. Ligatꝰ est vt nos a nodo maledictōis absolueret. Humiliatus est vt nos exaltaret. Expoliatus ē vt nuditatem ꝑme ꝓuaricatiōis indulgentie indumento tegeret. Spineā coronam accepit vt flores paradisi pditos redonaret. In ligno suspensus est vt cōcupiscentiā in ligno genitā dānaret. Felle t aceto potatus est vt hoiem ad terram fluentem lac t mel introduceret t fontes nobis mellifluos aperiꝛ. Mortalitatē suscepit vitā nobis imortalitatē donaret. Sepultus est vt sctōꝝ sepulturas bñdiceret. surrexit vt mortuis vitam redderet. ascendit in celum vt celi ianuam aperiꝛ. Sedet ad dexteraꝫ dei vt p̄ces credentiū exaudiat. Hec siluestro ꝓsequente. vniuersi tam imperatoꝛ q̄ iudices t iudei in laudē siluestri ꝓruperūt vnanimiter.

Tunc indignatꝰ duodecimus q̄ t Zambri indignatione magna dixit. Miroꝛ vos sapientissimos iudices v̄boꝝ ambagibꝰ credere t dei oīpotentiā estimare hūana rōne ꝓcludi. Sz iam cessent verba t veniamꝰ ad facta. Stultissimi nanq̄ sunt q̄ crucifixū colunt. cuz ego nomen dei oīpotētis sciā: cuiꝰ virtutē nec suffe runt saxa nec audire valet q̄libet creatura. Et vt me vex dicere cōꝛobetis. thaurꝰ ad me ferocissimꝰ adducat. t dum in eius aure nomen istud insonuerit thaurꝰ ilico moriet. Ad quez Siluester. Et tu quō hoc nomē non audiens didicisti. Zambri dixit. Non est tuū hoc noscere misteriū q̄ iudeoꝝ inimicus es. Adducitur aūt thaurus ferocissimꝰ vix a centū hoibꝰ fortissimis tractus. Ut vbi Zambri in aure eius v̄bum ꝓtulit ꝓtinuo thaurus mugiens ocłosq̄ ejciens expirauit. oēs igit indei vehement acclamant t Siluestro insultant. Quibus siluester. Non dei nomen ꝓtulit h̄ nomen pessimi demonis nominauit. Deus enim meꝰ iesus xp̄s non solum viuentes mortificat. h̄ etiā

mortuos vinificat. Nam occidere posse ⁊ vini ficare nō posse est leonū serpentuz ⁊ ferax. Si ergo vult vt credā q̄ nomē demonis nō fuerit dicat itex ⁊ viuificet q̄ occidit. Nā de deo scri ptū est Ego occidā: ⁊ ego viuere faciam. Qđ si non poterit: nomen demonis absq̄ dubio no minauit. q̄ viuentē occidere pōt: mortuū viuifi care nō pōt. Cūq̄ Zambri ad suscitandū thau rum a iudicib⁹ vrgeret dixit. Suscitet eū silue ster in noie Jesu galilei: ⁊ oēs in eū credemus. Nam ⁊ si pēnis posset volare: istud tñ nō vale ret pficere. Dēs igit iudei si thaurū suscitauerit se crediturosꝓmittūt. Tūc siluester oratōe facta ad aurem thauri se applicās dixit. O nomen maledictōis ⁊ mortis: egredere iussu dñi nostri Jesu xp̄i. in cui⁹ noie tibi dico thaure surge: ⁊ ad armentū tuū mansuetus recede. Statim igit thaurus surrexit ⁊ cum oi māsuetudine abijt. Tunc regina. iudei. iudices et ceteri omnes cōuersi sunt ad fidem. ℍ Post ali qt vo dies idolox pontifices ad imperatorē venerunt dicētes. Sacratissime imperator ille draco q̄ est i fouea posq̄ fidē xp̄i recepist⁹ plusq̄ ccc. hoies qtidie interfecit flatu suo. Cōsulēte super hoc Cōstātino silvestx rñdit. Ego p xp̄i virtutē eū ab oi lesiōe cessare faciam. Promittūt pontifices se si hoc faceret credituros. Drante autē silvestro: sanct⁹ Petr⁹ apparuit ei dicēs. Securus ad draconē descende tu ⁊ duo p̄sbyteri qui sunt tecū. cūq̄ ad eū veneris: eū taliter alloquaris. Dñs noster Jesus xp̄us de virgine natus: crucifixus ⁊ sepult⁹: qui resurrexit ⁊ sedet ad dexterā patris: hic ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos. tu ergo sathana eū in hac fouea dum venerit expecta. Os aūt eius ligabis filo: ⁊ anulo crucis habēte signuz desup si gillabis. Postea ad me sani ⁊ incolumes veni etis ⁊ panē quem vobis parauero comedetis. descendit itaq̄ silvester cū duob⁹ p̄sbyteris in foueā per gradus. cl. duos secū ferēs laternas Tūc draconi p̄dicta verba dixit. ⁊ os ipsi⁹ stridentis ⁊ sibilātis vt iussus fuerat alligauit. Et ascendēs inuenit duos magos qui eos secuti fuerant vt viderēt si vsq̄ ad draconē descenderēt ex draconis fetore pene mortuos. ⁊ eos secum duxit icolumes atq̄ sanos. Qui statiz cū multitudine infinita cōuersi sunt. Sicq̄ romanox popul⁹ a duplici morte est liberatus. s. a cultura demōis: ⁊ veneno draconis. Tandē beatus silvester morti appropinquās clerum de trib⁹ āmonuit. scz vt inter se charitatem haberēt. ecclesias suas diligenti⁹ gubernarent. ⁊ gregem a lupoxuz morsibus custodirent. Post hec in dño felicit obdormiuit: circa annū dñi. cccxx.

Legenda xiij. ℵ

De circūcisione domini.



# Circūcisiōis domice

c diem q̄ttuor celebrem faciūt ⁊ solennem. Primuz est octaua natiuitatis dñi. Secūdū impositio noui ⁊ salutiferi nois. Tertiū effusio sanguinis. Quartū signaculuz circūcisiōis. Primū ḡ est octaua natiuitatis dñi. Si em̄ alioꝝ sctōꝝ octaue solēnes sunt: q̄nto magis dies octaua sāctisctōꝝ solēnis erit. ꝯ nō videt q̄ natiuitas dñi debeat hīe octauā. qz ei⁹ natiuitas tēdebat ad mortē. obit⁹ aūt sctōꝝ ideo octauas hñt. qz ipsi tūc nascunt ea natiuitate q̄ est ad vitā eternaz: vt postea resurgāt in corp⁹ gl'iosis. Eadē ratōe videt q̄ nō debeat hīe octauā natiuitas btē virginis. nec beati Johānis baptiste. silr nec resurrectio dñi. qz iā facta erat ipa resurrectio i re. Sz notādū q̄ sicut dicit p̄positiu⁹ sūt octaue suppletōis. vt ē octaua natiuitatis dñi. in q̄ supplem⁹ qđ min⁹ in festo factū fuerat. s. officiū de parturiēte. Dñ etiam in missa olim ꝓsueuerat cātari ad honorez beate v̄ginis Vultū tuū ⁊c. Itē sunt octaue veneratiōis. vt pasche pēthec. btē v̄ginis. bti Jo. bapt̄. Itē deuotōis. vt cuiuslibet sācti pñt fieri octaue. Figuratōis. vt sunt octaue institute de sanctis q̄ significāt octauā resurrectōis. ℍ Secundū est impositio noui ⁊ salutiferi nois. Hodie em̄ impositū est ei nomen nouū qđ os dñi noiauit. nomē p̄ter qđ nō ē aliud sub celo. in q̄ oporteat nos saluos fieri. Nomē qđ scđm Bern̄. est mel in ore. melos i aure. ⁊ iubil⁹ i corde. Nomē qđ sicut dicit idem Bern̄. instar olei lucet p̄dicatū. pascit recogitatū. lenit ⁊ vngit inuocatū. Habuit aūt triplex nomē sīc ex euāgelio māifestat. s. fili⁹ dei. xp̄s ⁊ Jesus. Vocat autem fili⁹ dei inc̄tū est de deo de⁹. xp̄us inc̄tuz est hō a psona diuina c̄tū ad hūanā naturā assumpt⁹. Jesus inc̄tū est de⁹ hūanitati vnitus. De hoc triplici noie dicit Bern̄. Vos q̄ i pulnere estis expgescimini ⁊ laudate. ecce dñs venit cū salute. venit cū vngento. venit cū gloria Neq̄ em̄ sine salute Jesus. neq̄ sine vnctione xp̄us. neq̄ sine gloria venit fili⁹ dei. Siquidez ipe salus. ipe vnctio. ipe gloria. Oc̄tuz autē ad hoc triplex nomē ante passionē pfecte not⁹ nō erat. Nam c̄tuz ad primū ab aliquib⁹ cognoscebat cōiecturaliter. sicut a demonib⁹ qui dicebant ipm esse filiū dei. Oc̄tuz ad secūdū particulariter. ab aliquib⁹ em̄ paucis cognoscebat esse xp̄us. Oc̄tuz ad tertiuz vocaliter. quia quo ad hāc vocē Jesus. ꝯ nō quo ad rationē nominis: qđ est saluare. Post rasurrectionē autem hoc triplex nomē clarificatum est. Primū nomen quo ad certitudinē. Secundū quo ad diffusionem. Tertiuz qno ad nominis rationem. Primū igitur nomē est filius dei. Et q̄ hoc

nomen sibi recte cōueniat: sic dicit Hyla. in li. de trinit. Vere dei filiū vnigenitū dominū nostrum Jesuz xp̄m esse multis modis cognitū est: dum de eo testat pater. dum de se ipse p̄fitetur. dum apostoli p̄dicant. duz religiosi tradunt. dū demones cōfitent. dum iudei negāt. dum gentiles in passione cognoscūt. Idez dominū nostrū Jesum christū his modis cognoscim⁹ nomie. natiuitate. natura. potestate. p̄fessione. Secundum nomen est christ⁹: quod interp̄etat vnctus. Ipse enim fuit vnctus oleo leticie p̄e participibus suis. Per hoc autez q̄ dicit vnctus insinuat q̄ ipse fuit p̄opheta. pugil. sacerdos et rex. Iste em̄ q̄ttuor p̄sone olim cōsueuerāt inūgi. Fuit em̄ xp̄heta in doctrine eruditōe. pugil in diaboli debellatōe. sacerdos in patris recōciliatōe. rex in p̄mioz retributione. Ab hoc secundo noie denoiamur. q̄a xp̄o dicimur xp̄iani. De quo noie sic dicit Augus. Xp̄ian⁹ iusticie. bonitatis. integritatis. patientie. castitatis. pudicicie. hūanitatis. innocentie. pietatis nomē est. et tu istud quō tibi defendis z vendicas cui de taz plurimis rebus nec pauca subsistūt: Xp̄ianus ille est q̄ nō noie tm̄: sed etiam ope extat. Hec Aug⁹. ¶ Tertiū nomen ē Jesus. Hoc aūt nomē Jesus fm̄ Herñ. dicit cibus. fons. medicina z lux. Hic autez cibus multiplicē habet effectū. Est em̄ cibus cōfortatiu⁹. impinguatiu⁹. roboratiu⁹. z vegetatiu⁹. De his sic dicit Herñ. Est cib⁹ hoc nomē Jesus. an nō toties cōfortaris: quotiens recordaris: Quid eque mētē cogitātis impinguat: quid ita exercitatos repat sensus: virtutes roborat: vegetat bonos mozes: atq̄ castas fouet affectōes: Secūdo dī fons. Vnde dicit idē Herñ. Jesus est fons vite signatus q̄ in q̄ttuor riuos se diffundit in plateas. vñ qui factus est nobis sapientia. iusticia. sanctificatio z redemptio. Sapiētia in p̄dicatōe. iusticia in peccatorum absolutōe. sanctificatio in cōuersatiōe vel in cōuersiōe. redemptio in passiōe. Hec Herñ. Alibi quoq̄ sic dicit. Tres riui fluxerūt a Jesu verbū doloris in quo est p̄fessio. sanguis aspersionis in q̄ ē afflictio. aq̄ emūdatōis in q̄ est cōpunctio Tertio est medicina. Vñ sic ait. Est etiā ℔ nomē Jesus medicina. Nihil em̄ ita ire impetū cohibet. supbie tumorez sedat. sanat linorz vuln⁹. restringit luxurie fluxū. extinguit libidinis flāmā. sitim tempat auaricie. ac toti⁹ dedecoris fugat p̄uriginē. Quarto est lux. vñ ait. Vnde putas in toto orbe tāta z tā subita fidei lux nisi de p̄dicato Jesu: Hoc ē nomē q̄ paul⁹ portabat cozā gētib⁹ z regib⁹ tanq̄ lucernā sup cādelabz. Hoc itez nomē Jesus ē multe suauitatis. vñ Herñ. Si scribas non sapit mihi: nisi legero ibi Jesuz. si disputes ac cō feras non sapit mihi: nisi sonuerit ibi Jesus. Itē Richard⁹ de sctō victoze. Jesus est nomē dulce. nomē delectabile. nomē cōfortās peccatorem z beate spei. ergo Jesu esto mihi Jesus.

Secūdo est multe virtuositatis. vñ Petrus Raueñ. Vocabis nomē eius Jesum. hoc ē nomen q̄ dedit cecis visum. surdis auditū. claudis gressum. sermonē mutis. vitā mortuis. totamq̄ diaboli potestatē de obsessis corp̄ib⁹ virtus hui⁹ nois effugauit. Tertio est multe excellentie z sublimitatis. vñ Herñ. Nomē saluatoris mei. fratris mei. carnis mee. sanguinis mei Nomē a seculis absconditū: ℔ in fine seculorū reuelatū. nomē mirabile. nomen ineffabile. nomen ineſtimabile. imo eo mirabili⁹ quo ineſtimabili⁹. eo magis gratū quo gratuitū. Hoc aūt nomen Jesus impositū est ei ab eterno ab angelo z a p̄e putatiuo. s. ioseph. Jesus em̄ saluator interp̄tat. Dicit autē saluator tripliciter vel a potētia saluādi. vel ab habitu. vel ab actu Scōm q̄ dī a potētia saluādi ꝓuenit ei hoc nomē ab eterno. fm̄ q̄ dī ab habitu saluādi sic fuit impositū ab angelo: z cōuenit ei a principio cōceptōis. fm̄ q̄ dī ab actu saluandi dī impositum a ioseph rōne future passiōis. Vñ glo. super illud. vocabis nomē eius Jesuz: dicit. Nomen impones q̄ ab angelo vel ab eterno impositū ē. Et tāgit hic glo. hāc p̄dictā triplicē denoiationē. Cum em̄ dī nomē impones: tangit denoiatio a ioseph. cum dī q̄ ab angelo vel ab eterno impositū est: tāgunt alie due. Recte igit̄ in die capitis anni cōstituta a roma capite mūdi. z insignita capitali lr̄a alphabeti christ⁹ caput ecclesie circūcidit. nomen ei imponitur. z eius natiuitatis octauus dies colitur. ℣ Tertiū est effusio sanguinis xp̄i. Hodie enim sanguinez suū p̄imo ꝑ nobis fundere cepit: q̄ ſp̄m postmodū pluries effūdere voluit. Quinq̄ em̄ vicib⁹ sanguinē suū ꝑ nobis effudit. Primo in circūcisione. z hec effusio fuit nostre redemptōis initiū. Secūdo in oratōe. z hec ostēdit nostre redemptōis desideriū. Tertio in flagellatōe. z hec fuit nostre redemptōis meritū. quia liuore eius sanati sum⁹. Quarto in crucifixione. z hec fuit nostre redemptiōis preciuz. tunc em̄ que nō rapuit exoluit. Quinto in lateris aptōe. z hec fuit nr̄e redēptōis sacramētuz. inde enim exiuit sanguis z aqua: q̄ figurauit nos ꝑ aquā baptismi debere mūdari. qui quidem baptism⁹ habiturus erat efficaciam a sanguine xp̄i. Quartū z vltimū signaculū ē circumcisiōis. q̄ quidem christus hodie accipere dignatus est. Voluit autem domin⁹ circūcidi propter multas rationes. Primo ratiōe sui. vt veram carnē humanā se assumpsisse ostēderet. Sciebat em̄ aliquos futuros qui dicerent

# Jriacus a Marcello papa dyacon⁹ ordinatus comphensus ad maximianū deductus: iussus est cū socijs suis vt terrā foderet: t ad locum s. termas q ibidē cōstruebat: suis eam humeris deportaret: vbi erat sanctus saturninus senex. quē cyriacus t ysinni⁹ ad portandū inuabāt. Tandē in carcerē recluſuz pfectus iussit ysinniū pſentari. t cū euz apronian⁹ educeret: subito vox cū luce de celo veniēs dixit. Venite benedicti patris mei ꝛc. Et tunc apronian⁹ credidit t baptisari se fecit. t ad pfectū pfitens xpm venit. Cui pfectus. Nūquid tu xpianus fact⁹ es: Qui respōdit. Ve mihi: quia perdidi dies meos. Respōdit pfectus. Vere modo perdes dies tuos. Et misit eum decollari. Saturnin⁹ vo t ysinni⁹ cum sacrificare nollent: diuersis supplicijs affecti: tandem decollati sunt. Filia autē dyocleciani. nomie arthemia cū a demonio vexaret: clamabat in ea demon: dicēs. Nō exeam nisi cyriacus dyacon⁹ veniat. Vnde adeaz adductus cyriacus: cū demoni imperet respondit. Si vis vt exeam da mihi vas aliqō in qō intrē. Respōditq; cyriacus. Ecce corp⁹ meum: si potes ingredere. Cui demon. Invas tuum intrare nō possum: quia vndiq; est signatū t clausum. sed si ejcies me: scito q in babyloniam faciā tevenire. Et cum coactus exisset: arthemia clamauit: dicēs q deum quē cyriacus pdicat videret. Cum igit illam cyriacus baptisasset: t ex gra dyocleciani t serenevxoris eius in domo quam dederāt ei securus viueret: venit nūcius a rege persaruz ad dyoclecianū: rogans vt ad se cyriacus mitteret: quia filia sua a demōe vexaret. Ad pces igitur dyocleciani cyriacus cum largo et smaragdo nauī impositis necessarijs in babyloniā letus iuit. Cūq; ad puellam peruenisset demon per os eius clamauit dicens. Fatigatus es cyriace. Cui cyriacus respondit. Non sum fatigatus: ꝫ vbiq; dei auxilio gubernatus. Ait demon. Tamē ego ad qō volui te pduxi. Tūc cyriacus dixit demōi. Imperet tibi Jesus vt exeas. Et statim exiens demō dixit. O nomē terribile qō me coartat exire. Et sic sanatā puellam cum patre t matre et multis alijs baptisauit. Et cum multa sibi munera offerrent recipe noluit: ꝫ quadraginta diebus in pane t aqua ieunās: tandem romā redijt. Post duos autē menses dyoclecian⁹ defunctus est: cui maximian⁹ succedens frat⁹ de soroze sua arthemia cyriacū comphendit: t nudum t catheris ligatuz ante currū suum trahi iussit (Iste maximian⁹ p tanto potest dici filius dyocleciani q sibi successit t eius filiam habuit in vxorem q̄ valeriana nūcupata est) Deinde iussit carpasio vicario vt ipm cum socijs sacrificare pelleret: aut diuersis supplicijs occideret. Et cum ipe picem super caput eius liquasset t in eculeo suspendisset: fecit cyriacum cum oīnibus socijs suis decollari. Carpasi⁹ autem cum ad domū sancti cyriaci impetrasset: t ad derisionē xpianoz in loco vbi cyriacus baptisabat se lauaret: epl'asq; cum decēnouē socijs celebraret: subito oēs mortui sunt. Et extūc clauso balneo: gētiles xpianos timere t vene-

rari ceperunt.

Legenda cxij. A

De sancto Laurentio.

# Aurētius dicit qua

I si laureā tenēs: q̄ est corona de lauro facta. quia olim de hmōi ramis victores coronabant. Hec autem arbor est victorie ostēsiua. cōtinua viriditate amena. odore grata. z efficacia virtuosa. Beatus igit laurēti⁹ dī a lauro. qz victoriā obtinuit in sui passiōe. vñ z ꝓfusus deci⁹ dixit. Puto qz iaz victi sum⁹. Viriditatē habuit in cordis mundicia z puritate vñ z dixit. Mea nox obscurū nō hz. cc. Odorē habuit p memorie perpetuitatē. vñ. Dispersit dedit pauprib⁹. z ideo iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Hūs Maxim⁹. Quō nō in eternū bus manebit iusticia quā z sctō implenit ope: z gl'iosissimo martyrio cōsecrauit: Efficaciā habuit p virtuosā ꝑdicatōem: p quā lucillū hypolipū z romanū ꝓuertit. Hmōi aūt arboris efficacia ē. qz calculū frāgit. surditati subuenit. fulmen nō metuit. Sic laurētius frāgit cor durū. spūalez reddit auditū. ꝓtegit a fulmie sentētie reprobor.

Ꝛ

Laurentius martyr z leuita genere hyspan⁹: a btō sixto romā deduct⁹ ē. Nā sicut dicit magr Johānes beleth. cum idē btūs sixtus in hyspaniā ꝓfect⁹ eēt: duos iuuenes ibidē repiēs. s. laurētiū z vincentiū eius cognatū mox honestate cōpositos: z i oi actōe ꝑclaros: ipsos secū romā adduxit. q̄x alt. s. laurenti⁹ secū rome māsit. vincenti⁹ vo in hyspaniā redijt: z ibi glorioso martyrio vitaz finiuit. Huic autē opiniōi magr Johānis beleth repugnat tpus martyrij vtriusq̄. Nam laurēti⁹ sub decio. vincenti⁹ aūt in iuuenili etate sub dyocleciano z daciano passus est. ꝫ inter deciū et dyoclecianū fluxerūt āni circiter. xl. z imperatores septē medij fuerūt: vt tūc btūs vincēti⁹ nō potuit iuuenis extitisse. Hūs autē sixt⁹ laurētiū suū archidiaconū ordinauit. Eodē tpe philippus imperator z fili⁹ suus noie philipp⁹ fidez xp̄i recepant: z xp̄iani effecti ecclīam sublimare plurimū nitebant. Iste philipp⁹ prim⁹ imperator fuit q̄ fidē xp̄i recepit: quē origenes vt dī ad fidē xp̄i ꝓuertit. licz alibi legat p beatus ponci⁹ eū cōuertit. Regnauit aūt ab āno millesimo ab vrbe cōdita: vt millesimus ann⁹ rome xp̄o poti⁹q̄ ydolis dedicaret. Qui q̄dē annus millesim⁹ fuit a romanis cū ingēti ludox z spectaculox apparatu celebrat⁹. Erat aūt philippo imperatori miles q̄dā noie deci⁹: i armis bellicis: p'imū strennu⁹ z famosus. Cū aūt ijsdez tpib⁹ gallia rebellaret: illuc imperator deciū misit: vt rebellātez galliā romano imperio subiugaret: missus deci⁹ pspe cūcta gessit: z ad libitum potitus victoria romā redijt. Audiēs imperator ei⁹ aduētū: eū alti⁹ honorificare voluit: z eidē a roma vsq̄ ad veronā obui⁹ iuit. Sz qz malorū mentes q̄ magis se honorari sentiūt: eo ampli⁹ p superbiā itumescūt. deci⁹ in superbiā elat⁹ impiū cepit ambire: z de morte sui dñi ptractare. Cuz igit imperator in stratu suo sub papilliōe q̄esceret deci⁹ papilliōē latenter introiuit: z dormientē dñm iugulauit. Exercitū aūt q̄ cū imperatore venerat: ad se p̄ce z p̄cio: muneribus et ꝓmissis attraxit: z ad vrbē regiaz gradu cōcito ꝓperauit. Audiēs hoc philipp⁹ mior vehemēter extimuit: z totū thesarū patris z suū (vt ait Sicardus in cronica sua) btō sixto z sctō laurētio cōmendauit. vt si ipm a decio interfici ꝓtingeret: thesaurū ipm ecclesijs z pauprib⁹ erogaret. Nec te moueat q̄ thesauri quos btūs laurētius dispēsauit nō dicunt thesauri imperatoris: ꝫ eccl'ie. qa potuit eē q̄ cū ipsis thesauris philippi imperatoris aliquē etiā thesaurū eccl'ie dispēsauit. Vel forte ideo dicunt thesauri eccl'ie. qz philippus eos relīq̄rat eccl'ie pauprib⁹ dispēsādos: licz habeat dubitationē vehemētez vtrū sixt⁹ tūc tpis fuerit: sicut infra dicet. Postea philipp⁹ aufugit: z se a facie deciī occultauit. Senat⁹ igit ob uiā decio ꝓcessit: z ipm in impiū confirmauit. Ne vo ꝓditorie: ꝫ zelo ydolatrie dñm suū occidisse videret: xp̄ianos cepit crudelissime psequi. precipiēs illos sine vlla miscōia trucidari. In hac psecutiōe multa milia martyrū corruerūt. inter quos etiā Philipp⁹ iunior martyrio ē coronat⁹. Post hoc deci⁹ de thesauro dñi sui inq̄sitionē faciens: oblat⁹ ē ei btūs sixt⁹: tanq̄ qui xp̄m coleret z imperatoris thesauros hīet. Tūc deci⁹ iussit eum in carcerē recipi: vt per illata tormenta xp̄m negaret z thesauros ꝓderet. Hūs aūt laurēti⁹ ipm sequēs: p⁹ eū clamabat. Quo ꝓgrederis sine filio p̄: quo sacerdos sācte sine diacono ꝓperas: Tu nunq̄ sine mistro sacrificium offerre ꝓsueneras. Quid q̄ in me displicuit paternitati tue: Nūquid degenerē ꝓbasti: Experire certe vtr̄ idoneū mistrū elegeris cui cōmisisti dñici sāguinis dispēsationē. Cui btūs sixtus dixit. Nō ego te desero fili neq̄ derelinq̄: ꝫ maiora tibi debent⁹ p fide xp̄i certamia. Nos q̄si senes leuiorīs pugne cursū recipim⁹. te autem q̄si iuuenē manet de tyrāno gl'iosior triūphus. post triduū me seq̄ris sacerdotē leuita. Deditq̄ ei oēs thesauros: p̄cipiēs vt eccl'ijs et pauprib⁹ erogaret. Hūs igit laurēti⁹ die ac nocte diligēter quesiuit: z vniuersq̄ ꝓut opus fuerat ministrauit. Veniteq̄ ad domū cuiusdā vidue q̄ multos xp̄ianos in domo sua absconderat: quā longus dolor capitis detinebat. Sanctus aūt laurētius p impositionē manus eā a

dolore capitis liberauit. ⁊ pauperum pedes lauans oīb⁹ elemosynā dedit. Eadē nocte in domo cuiusdā xp̄iani veniēs quēdam cecū ibidē repperit. ⁊ facto signo crucis eū illumiauit.

¶ Cum aūt btūs sixtus decio nollet cōsentire nec ydolis imolare: ip̄m ad decollandū duci p̄cepit. Accurrens autē btūs laurētius post ip̄m clamauit. Noli me derelinq̄re pater sācte: q⁹ thesauros tuos iam expēdi quos tradidisti mihi. Tūc milites audiētes thasauros laurentium renuerunt: ⁊ parthemio tribuno tradiderunt. ip̄e autē eūz decio p̄sentauit. Cui deci⁹ cesar ait. Vbi sunt thesauri eccl̄ie q̄s apud te cognouim⁹ esse recōditos: Qui cū sibi non rūderet: tradidit valeriano p̄fecto vt aut thesauros p̄dat ⁊ ydolis sacrificet: aut diuersis eū interire faciat supplicijs ⁊ tormētis. Valerian⁹ autē cuidā p̄fecto noie hypolito in custodiā euz tradidit: quē ille cū multis alijs in carcere reclusit. Erat aūt in custodia ibi quidā gentilis noie lucill⁹: q̄ plorādo lumē ocl̄oz amiserat. Cui cū laurēti⁹ lumē se restaurare p̄mittēt si i xp̄m crederet ⁊ baptisma susciperet. ille se instāti⁹ baptisari postulauit. Recipiēs ḡ aquā laurētius dixit ei. Omnia in p̄fessiōe lauanť. Cūq̄ ip̄m de articulis fidei diligēter interrogasset: ⁊ ille oīa se credere cōfessus fuisset. aquā sup caput ei⁹ effudit ⁊ ip̄m in xp̄i noie baptisauit. Quap⁹opter multi ad eū eccl̄ie veniebāt: ⁊ ab eo illumiati redibāt. Hoc vidēs hypolit⁹ dixit ei. Ostēde mihi thesauros. Cui laurēti⁹. O hypolite si i dominū Iesum xp̄m crediderīs: ⁊ thesauros tibi ostēdo ⁊ vitā eternā p̄mitto. Cui hypolit⁹. Si dictis facta cōpenses facīā q̄ hortaris. Eadez hora hypolit⁹ credidit ⁊ sacrū baptisma cuz familia sua suscepit. Baptisat⁹ aūt ait. Vidi animas innocentiū letas gaudere. Post h̄ mādauit valerian⁹ ad hypolitū vt laurentiū p̄sentaret. cui laurētius ait. Ambulem⁹ ambo parit. q⁹ mihi ⁊ tibi gloria p̄parat. Ad tribunal ergo ambo veniūt: ⁊ fit itez inquisitio de thesauro. Laurētius aūt triduo indutias petijt: q̄s valerian⁹ eidē sub hypoliti custodia cōcessit. In h̄ triduo laurētius paupes claudos ⁊ cecos collegit. ⁊ eos in palatio salustiano cora decio p̄sentauit dicēs. Ecce isti sunt thesauri eterni q̄ nunq̄ minuūtur: ⁊ crescūt. q̄ in singulis dispergunt: ⁊ i oīb⁹ inveniūtur. hoz eū man⁹ thesauros i celū deportauerūt. Valerian⁹ p̄fite decio dixit. Quid variaris q̄ multa: iaz nūc sacrifica ⁊ magicā artē depone. Cui laurēti⁹. Quis debet adorari: qui fact⁹ est an q̄ fecit: Irat⁹ deci⁹ iussit eū scorpionibus cedi. ⁊ oē gen⁹ tormentorum ante ip̄m deferri. Quē cū sacrificare iubet vt hec tormēta euaderet: respōdit. Infelix: bas epulas semp optauī. Cui decius. Si epule ista sunt: tibi sikes pande xp̄hanos vt tecum pariter epulenť. Cui laurētius. Jam celis nomina sua dederūt ⁊ eoz aspectibus non es dignus. Tūc iubēte decio nudus fustib⁹ cedit: et ardentes lamie ad latera apponūtur. Dixitq̄ laurētius. Dñe Jesu xp̄e deus de deo: miserere mei serui tui. q⁹ accusatus nō negauī nomē sanctū tuū. interrogat⁹: te dñm cōfessus sū. Dixit ei deci⁹. Scio q⁹ p artē magicā tormēta deludis: me tñ deludere diu nō valebis. testor deos deasq̄: q⁹ nisi sacrificaueris diuersis supplicijs puniēris. Tunc iussit eū plūbatis diutissime cedi. Laurētius autē orauit dicēs. Dñe Jesu xp̄e accipe sp̄m meum. Tūc audiente decio vox de celo insonuit. Adhuc tibi multa certamina debenť. Tunc decius furore repletus dixit. Viri romani audistis demones istū sacrilegū cōsolantes: q̄ nec deos colit. nec tormēta metuit. nec iratos p̄ncipes expauescit. Jussitq̄ eū itez scorpionibus cedi. Subridēs autez laurētius grās egit: ⁊ p astātibus exorauit. Eadem hora miles quidā noie roman⁹ credidit: ⁊ beato laurētio dixit. Video aū te invenē pulcerrimū stantē: ⁊ mēbra tua cū lintheo extergē. adūro ḡ te p deū ne me derelinq̄s: ⁊ festina me baptisare dixitq̄ deci⁹ valeriano. Vito q⁹ iam p artē magicā victi sum⁹ Jussit ḡ euz de cataста solui: ⁊ in custodia hypoliti recludi. Roman⁹ autē afferens vtceū cum aqua ad pedes laurētij p̄cidit: ⁊ sacrū ab eo baptisma suscepit. Q̄ vbi deci⁹ cōperit romanū fustib⁹ cedi iussit. Qui cū libere se xp̄ianuz p̄fiterek: iussu decij decollatus est. Eadē nocte laurēti⁹ ad decīū adducit. Cum autē hypolitus fleret ⁊ se xp̄ianū esse vellet clamare: dixit ad cū laurentius. In interiori hoie magis xp̄m absconde: ⁊ dum clamauero andi ⁊ veni. Omnia igit tormentoz genera afferunť. Dixit ḡ decius laurētio. Aut dijs sacrificabis: aut noz ista in te cuz supplicijs exēpdeť. Cui laurēti⁹. Mea noz obscurū nō habet: ⁊ oia in luce clarescūt. Dixitq̄ deci⁹. Afferať lectus ferreus: vt reclescat in eo cōtumax laurēti⁹. Ministri ḡ eū exuerūt ⁊ super cratē ferreā extenderūt. ⁊ p̄unis suppositz eum cū furcis ferreis cōp̄ressērāt. Dixitq̄ laurentius valeriano. Disce miser. quia carbones tui sunt mihi refrigerīū. tibi autem eternū supplicīū p̄stant. quia ip̄e domin⁹ novit q⁹ accusatus non negauī eū. interrogatus xp̄m p̄fessus sum. assatus gratias ago. Dixitq̄ hylari vultu ad decīū. Ecce miser assasti vnā partē: gyra ad aliam ⁊ māduca. Et gratias agens dixit. Gratias tibi ago dñe. quia ianuas tuas ingredi meruī. Et sic spiritū emisit. Cōfusus decius cū valeriano abijt in palacīū tyberij relicto corpe super ignē. q̄ hypolitus mane rapuit: ⁊ cū iusti-

no ꝓsbytero in agro verano cōditū aromatibꝫ sepeliuit. Xpiani igit ieiunātes triduo vigilias celebrarūt: mugitꝫ dantes et lachrymas effundentes. ¶ Ptrū autē hoc vex sit q laurētius sb isto decio impatore martyriū sit passus a multis dubitat: cū in cronicis sixtus lōge fuisse post deciū legat. Eutropi⁹ autē hoc asserit: dicens. Decius pſecutionē in xpianos mouēs inter ceteros beatissimū lenitā z martyrez laurentiū extinxit. In quadā aūt cronica satis autentica dī q nō sub decio impatore qui philippo succeſſit: ꝫ sub quodā decio minore: q̄ cesar non impator extitit martyriū passus fuit. Naz inter deciū impatorē z hunc deciū minorē sub quo laurētius dī passus: plurimi impatores z summi pontifices intermedij extiterūt. Etenim vt ibidē dī cum decio impatori gallus z volusian⁹ eius filius in imꝑio succeſſiſſent. z valerianus cū galieno post eosdē impiū tenuiſſent: dicti valerian⁹ z galien⁹ minorē deciū cesarem non tm impatorē fecerūt. Nā antiquit⁹ q̄ñ alii qui ab impatorib⁹ fiebāt cesares: non tm augusti vel impatores. sicut legit in cronicis q dyoclecian⁹ maximianū cesarē fecit post modum ex cesare augustum creauit. Tempore autē horum impatox. s. valeriani z galieni sixt⁹ romanam sedē tenebat. Hic igit deci⁹ cesar appellatus nō impator effectus: btm laurentiū martyrem fecit. Dñi nusq̄ in legēda beati laurētij vocat decius impator: ꝫ tm decius cesar. Decius em̄ impator duob⁹ tm̄ annis regnauit: z beatuz fabianū papā martyrē fecit. Fabiano succeſſit cornelius q̄ sub vollusione z gallo passus est. Cornelio succeſſit lucius. lucio stephan⁹. q̄ sub valeriano z galieno. qui annis. xv. imꝑauerūt passus ē. Stephano succeſſit sixt⁹. Hec in cronica illa leguñ. Dēs cronice tam eusebij q̄ bede z ysidori in hoc cōcordāt q sixt⁹ papa nō fuit tpe decij impatoris: ꝫ galieni. Legit tm̄ in alia quadā cronica q ꝑdict⁹ galien⁹ fuit binomius. dictus est em̄ galien⁹ z decius. z sub illo passi sunt sixtus z laurēti⁹ circa ānū dñi. cclvij. Godofridus q̄z in libro suo q dī pātheon idez asserit. q. s. galien⁹ vocat⁹ est alio nomie deci⁹. z q sub eo passi sunt sixtus z laurentius. Et si hec vera sunt: tūc positio Johānis beleth vera posset esse. Refert Greg. in li. dyalog. q in sabina quedā sanctimōialis fuit q̄ carnis quidez cōtinentiā habuit: ꝫ lingue ꝓcacitatē nō declinauit. Hec dum in eccl̄ia sancti laurētij fuiſſet sepulta ante altare martyris: a demōibus secata pars illesa ꝑmanet. altera ꝑcremat ita vt mane visibiliter adustio appareret. Grego. q̄z turon̄. ait q dum quidā sacerdos quādā eccl̄iā sancti laurentij reparet: z trabs q̄dā nimiū breuis eēt: rogauit beatū laurentiū vt q̄ pauperes foueret: sue iopie subueniret. q̄ subito sic excreuit vt pars nō modica abūdaret. Quā partē sacerdos minutatim incidit: z multas inde infirmitates sanabat. Istud testat beatus fortunatus. Factū est autē hoc apud ꝓiozas castrum italie q quidā dū dolore dentiū ꝑmeret: de illo ligno tangit z ꝑtin⁹ dolor fugat. Quidaz insup ꝓsbyt⁹ noie sanctul⁹ (vt refert Grego. in in dyalogo) sctō laurentio eccl̄iam a longobardis incēsam repare volens: artifices mltos cōduxit. Quadā aūt die duz quid eis apponeret nō bret: ꝑmissa ozōne in clybanū respexit z ibidem cādidissimū panē inuenit. Sed cum vix ad vni⁹ prādij esū trib⁹ ꝑsonis sufficere videret laurēti⁹ artifices suos nolens deficē sic ꝑdictū panē mltiplicari fecit q in alimētū decē dierū oparijs cūctis suffecit. In ecclesia sancti laurentij apud mediolanū (vt refert Vincentius in sua cronica) calix quidā cristallin⁹ mire pulcritudinis habebat. qui cū in quadā solēnitate ad altare portaret elapsus e manib⁹ in terraz cecidit: z statim cōminutus fuit. Et diaconus merēs fragmēta collegit: z sup altare ponens beatū laurentiū exorauit: z fractū calicem integrum z solidatū recepit. ¶ Legit q̄z in lib. de miraculis beate virginis q quidā iudex stephan⁹ noie rome erat qui munera libenter accipiēs: multoz iudicia puertebat. Hic tres domos ecclesie sancti laurētij z vnū bortū sancte agnetis violēter abstulit: z ablata iniuste possedit. Accidit autē vt morerek z ante iudiciū dei duceret. Quē sanctus laurētius cernēs: ad eū cum nimia indignatōe accessit z tribus vicib⁹ brachium eius durissime strinxit: et dolore nimio cruciauit. Sancta vo agnes cum ceteris virginibus eū videre noluit: ꝫ faciem suaz ab eo auertit. Tunc iudex sup eū sententiā ferēs: dixit. Quoniā aliena subtraxit: z munera accipiens veritatez vendidit: in loco iude ꝑditoris tradat. Sanctus autē Proiectus quē idez stephanus in vita sua valde dilexerat: ad beatuz laurētiū z ad btām agnetē accedēs: ꝑ eo venia ꝑcabat. Illis vo z beata virgine ꝑ eo oranti⁹ cōcessum est vt anima eius ad corpus rediret: z ibidē. xxx. diebus penitētiaz ageret. Accepit insup a btā virgine in mādatis: vt psalmū Beati immaculati singulis diebus vite sue diceret. Cūq̄ ad corpus rediſſet brachiū eius ita erat liuidum z adustū ac si hoc in corpe passus esset qō signuz in eo extitit quoad vixit. Male igit ablata restituēs z pniam agēs: die. xxx. migrauit ad dñm. Legit in vita sancti Heinrici imperatoris q dū ipse z Kunegūdis vxor ei⁹ virgines insimul ꝑmanerēt: diabolo instigāte de quodā milite vxorē suspectā habēs: ipam supcandentes vomeres. xv. pedū: nudis pedibus

incedere fecit. Qua ascēdente dixit. Sicut me ab Heinrico ꝛ oibus intactā nouisti: ita adiuua me xpe. Heinricus vo verecūdia ductꝰ: eā in maxillam percussit. Cui vox dixit. Virgo Maria te virginē liberauit. Totā igit cādentē massaz illesa pcurrit. Cū ḡ cesar obijsset multitudo maxima demonū añ cellaz cuiusdā bereremite trāsibat. qui apta fenestra interrogauit vltimū q̄nā esset. Et ille. Legio demonū sumꝰ q̄ ad mortē cesaris ꝓperamꝰ: si forte aliq̄d ꝓprium in eo repire possumꝰ. Admirat igit vt ad se redeat. qui rediēs dixit. Nihil pfecimꝰ. q; duz falsa vxoris suspicio ꝛ alia mala at etiā bona i statera fuissent posita: adustus ille laurentiꝰ ollam aureā imēsi ponderis attulit. ꝛ dū supasse videbamur illa iactata pars alia statere plurimū ponderauit. tunc ego iratus vnā aurē olle prupi. Ollam calicem vocabat: quem dictꝰ cesar in honore sancti laurētij eccle Aysteten. fieri fecerat: quē in spāli deuotōe habuerat. cui ꝓpter magnitudinē dne aures inerāt. Reptūq; ē ꝛ impatorē tūc obijsse: ꝛ vnam aurē calicis fractam fuisse. Refert Grego. in registro q; dū pdecessor suus quedā ad corpꝰ sancti laurentij cupet meliorare: ꝛ vbinā corpꝰ eēt nesciret: subito corpꝰ eius ignoraēter apte oēsq; q̄ aderāt tam monachi q̄ mānionarij qui corpus eius viderant infra decē dies mortui sunt. ¶ Notandum q; passio laurētij inter ceteras sctōz martyrū passiones excellentissima videt eē in q̄ttuor. sicut ex dictis sancti Maximi epi ꝛ bti Augustini colligit. Primo in passiōis acerbitate. Secūdo in effectu siue vtilitate. Tertio in constantia siue fortitudine. Quarto i mirabili pugna ꝛ modo victorie. Prima igit excellentissima fuit in pene acerbitate. de cuiꝰ pene acerbitate sic dicit btūs Maximꝰ epūs. vel ꝑm q̄sdā libros Ambrosiꝰ. Nō em frēs btūs laurētius breui vel simplici passiōe patit. Nam q̄ gladio pcutit semel mort. qui in flāmaz camino mergit vno impetu liberat. Hic autem longa et multiplici pena cruciat: vt moz ei nō desit ad suppliciū ꝛ desit ad finē. Legimꝰ btōs pueros i penaz suaz deambulasse flāmis: et igneos globos pedibꝰ pculcasse. Vñ ꝛ btūs laurentiꝰ nō miozi gl'ia pferēdꝰ ē. Siq̄dē illi in penaz flāmis ambulāt: hic i ipo supplicij sui igne discubuit. Illi vestigijs pedū pculcauerūt incendia: iste latex suoz diffusiōe restrinxit. Isti stātes i pena elevatis manibꝰ ozabāt ad dñm. iste pstratꝰ in sua pena toto corpe dñm depcabat.

Et notādū q; btūs laurētiꝰ post btm stephanum inē ceteros martyres ꝓmatū tenere dr. nō q; maiorē penā sustinuerit q̄ ceteri martyres: cū multi tantā penā ꝛ aliq̄ etiā maiorē sustinuisse legant. ꝛ hoc dr ꝓpt sex causas insimul occurrētes. Primo ꝓpter passiōis locū. q; rome que est caput mūdi: ꝛ vbi est sedes apostolica passus est. Secūdo ꝓpter pdicatiōis officium. q; officiū pdicatōis diligēter impleuit. Tertio ꝓpter laudabilē distributionē thesauroz quos oēs pauperibus sapiēter distribuit. Has tres rationes ponit magister Guilhelmꝰ altisiodorēsis. Quarto ꝓpter autenticatū ꝛ approbatum eius martyriū. quia ꝛ si de aliquibꝰ maiora tormenta legant: tm hoc autenticū nō habet: ꝛ aliq̄ in dubiū vertit. Hui⁹ autē passio in ecclesia valde est solēnis ꝛ approbata. Vñ ꝛ multi sancti in suis sermōibus eius passionē approbant ꝛ cōfirmāt. Quinto ꝓpter dignitatis gradum. quia fuit archidiaconꝰ sedis aplice. post quem vt aiūt in romana sede archidiaconꝰ nō surrexit. Sexto ꝓpter seuitiā tormentoz. q; grauissima supplicia ꝓtulit: vtpote qui sup cratē ferream assatus fuit. vñ de eo dicit btūs Augꝰ. Laceratos artus ꝛ multa verbez sectione cōcisos subiecto pcepit igne torreri: vt p cratē ferreaz q̄ iam de feruore cōtinuo vim in se hīet vrēdi: cōuersoz alterna mutatōe mēbroz fieret cruciatus vehemētioz ꝛ pena ꝓductioz. ¶ Secūdo fuit excellentissima in effectu siue vtilitate. Ipsa em pene acerbitas ꝑm Augus. ꝛ Maximū fecit eū glorificatiōe sublimē. opiniōe ꝛ fama celebrē. deuotōe laudabilē ꝛ imitatōe insignē. Primo igit glorificatōe sublimē. vñ Augus. dicit. Seuisti psecutor: in martyrē consensisti. ꝛ auxisti palmā dū augeras penā. Itē Maximꝰ: vel ꝑm quosdā libros Ambrosiꝰ. Oīnis in fauillā mēbra soluant: fidei tñ fortitudo nō soluit. corpis derrimentū sustinet: ꝫ lucrū salutis acquirit. Itē Augus. Vere btm corpus qō non a fide xpi tormentū imutauit: ꝫ ad requiē sctā religio coronauit. Secūdo opiniōe ꝛ fama celebrē. Maximꝰ vel ꝑm quosdā li. Ambr. Btm laurētium martyrē grano sinapis possumus compare. q; diuersis attritus passiōibus per totū orbē gratia sui meruit fragrare mysterij. Qui antea cōstitutus in corpe hūilis ignotus ꝛ vilis: postea q̄ vexatus: laceratus: exustꝰ fuit: vniuersis p totū mundū ecclesijs odorem sue nobilitatis infudit. Idem. Sctm est ac deo placitū vt natale sancti laurētij ꝓcipua deuotione veneremur: cuiꝰ radiātibus flāmis victrix in hunc quoq; die toto orbe xpi coruscat ecclesia. Idē. Tanta em gloria martyrij ꝓclarus extitit in passione sua q; mundū illumiauerit vniuersum. Tertio deuotōe laudabilez. Quare autē sit laudādus ꝛ cum deuotōe suscipiēdus ostendit Augꝰ. tribus rōnibꝰ. sic dr. Btm viruz laurentiū tota debemus deuotōe suscipe. Primo q; ꝓcliosum sanguinē ꝓpter deum tradidit. Deinde q; ei ꝓgatiuā apud deuz nostrū nō

minimā cōtulit: ostendēs qualis debet eē xp̄iana fides de cui⁹ cōsortio existere martyres meruerūt. Tertio q̄ idē tante ⁊ tam sctē cōuersationis fuit vt coronā martyrij tpe pacis iueniret

Quarto fecit eū imitatōe insignē. vñ Aug⁹. Hec tot⁹ causa passiōis ꝓpter quā morti addictus est vir sctūs vt sui sīles ceteros eē hortare tur. In tribus aūt se nobis imitabilē exhibet. Primo in aduersor fortī perpessiōe. vñ Aug⁹. Ad erudiendū dei pp̄m nullor est vtilior forma q̄ martyrū. eloquētia facilis ad exhortandum fit ratio efficax ad suadendū. validiora tñ sunt exēpla q̄ verba. ⁊ pl⁹ est ope docere q̄ voce. In quo excellētissimo genere doctrine beatus martyr laurēti⁹ q̄ gloriosa polleat dignitate etiā psecutores ip̄i⁹ sentire potuerūt: quo illa mirabilis fortitudo animi nō solū non cederet: ꝫ etiā alios exēplo sue tolerātie roborāret. Secūdo in fidei magnitudine ⁊ feruore. Maxim⁹ vel Ambro. Dū in fide sua psecutoris flāmas vicit: ostēdit nobis q̄ ignē fidei gehēne incēdia superare: ⁊ amore xp̄i diez iudicij nō timē. Tertio in ardēti deuotōe. Idē vel Amb. Illuminauit mūdus plane laurētius eo lumie quo ipse succēsus est. ⁊ flāmis quas ipse ptulit oīm xp̄ianor corda calefecit. De his trib⁹ etiā sic dicit Maxim⁹ vel Amb. ſm quosdā libros. Beati laurētij exēplo ꝓuocamur ad martyriū. accēdimur ad fidē. incalescimus ad deuotionē.

¶ Tertio fuit excellētissima in cōstātia seu fortitudine. De cui⁹ ꝓstātia ⁊ fortitudine sic dicit btūs Aug⁹. Beatus laurēti⁹ māsit in xp̄o vsq̄ ad tētationē. vsq̄ ad tyrānicā interrogatōez. vsq̄ ad acerrimā cōminationē. vsq̄ ad pemptionē. In q̄ longa morte q: bñ manducauerat ⁊ bñ biberat: tanq̄ illa esca saginat⁹: ⁊ illo calice ebri⁹ fact⁹ tormēta nō sensit: nō cessit ⁊ i regnū successit. Adeo aūt fuit cōstans ⁊ firm⁹ q̄ non solū tormētis non succubuit: ꝫ etiā ex ipsis tormētis (vt habeē ex dictis beati Maximi) fact⁹ est pfectior in timore. feruentior in amore. ⁊ iocūdior in ardore. De p̄mo sic dicit. Extēdit super flāmarū ignitos globos ⁊ sepi⁹ versat in latera. ꝫ quāto plus penar patit: tanto amplius xp̄m dīm ptimescit. Ortuz ad secundū sic ait Maxim⁹ vel ſm quosdā li. Amb. Granū sinapis cū arterit accendit. laurēti⁹ cū patit inflammat. Idē. Nouo admiratiōis genere ali⁹ illuz torquet: ⁊ alij sentētes tormēta pficiūt. ꝫ deuotiorē laurentiū saluatori supplicia atrociora fecerūt. Ortuz ad tertiū sic dicit. Cor eius tāta fide in xp̄i magnanimitate pcaluit: vt despectis xp̄ij corpis cruciatib⁹ insuasissimo tortori suo ⁊ triūphans: eius ignibus letus illuderet.

¶ Quarto fuit excellētissima in mirabili pugna ⁊ modo victorie. Btūs nāq̄ laurētius sicut ex verbis beati Maximi ⁊ Augus. colligit q̄nq̄ ignes exteriores quodāmō habuit: q̄s tñ oēs superauit fortit ⁊ extinxit. Prim⁹ fuit ignis gehēne. Secūd⁹ ignis materialis flāme. Tertius carnalis cōcupiscētie. Quart⁹ ardētis auaricie. Quintus furētis insanie. De extinctōe p̄mi ignis. ſ. gehēne sic dic Maxim⁹. Nūquid cedere poterat mometanee corpis vstiōi: cui⁹ fides eternū gehēne extinguebat ardorem? Itē trāsijt p ignē mometaneū atq̄ terrenū: ꝫ flāmā gehēne ꝑpetuo exurētis euasit. De extinctione secūdi ignis. ſ. materialis flāme sic ait Maxim⁹ vel Ambro. ſm quosdā li. Corpali labora bat incēdio: ꝫ diuin⁹ ardor materialē restrinxit ardorē. Itē q̄uis rex improb⁹ ligna subijceret: incādia maiora supponeret. tñ sctūs laurētius has flāmas fidei calore accēsus nō sensit. Itez Aug⁹. Superari charitas xp̄i flāma nō potuit. ⁊ segnior fuit ignis q̄ foris vsit q̄ int⁹ accēdit.

De extinctōe tertij ignis. ſ. carnalis ꝓcupiscētie sic dicit Maxim⁹. Ecce btūs laurēti⁹ trāsijt p ignē nō quo adust⁹ inhorruit: ꝫ illumiat⁹ effulsit. arsit ne arderet. ⁊ ne vereꝝ vst⁹ est. De extinctōe q̄rti ignis. ſ. auaricie q̄r euanuit auaricia illor q̄ thesauros cupiebāt ⁊ frustrata est sic dicit Aug⁹. Armat gemia face homo cupidus pecunie ⁊ veritatis inimic⁹. auaricia vt rapiat aurū: impietate vt auferat xp̄m. Nihil obtines: nihil ꝓficis hūana crudelitas. subtrahit tormētis tuis materia mortalis ⁊ laurētio i celum abeūte tu deficis flāmis tuis. De extinctōe q̄nti ignis. ſ. furētis insanie: q̄r videliez insania psequētiū frustrata ē ⁊ ānihilata: sicut dicit Maxim⁹. Supatis flāmar mīstris: oē mūdane insanie restrinxit incendiuz. Ad hocvsq̄ diabolica ꝓfecit intentio: vt vir fidelis ad dīm suū gloriosus ascēdat: ⁊ crudelitas psequētiuz cū suis ignib⁹ confusa torqueat. Or em̄ psequentiū insania ignis fuerit: oñdit cū ait. Furor gētilis accēsus craticulā ꝑparat ignitā: vt indignationis sue flāmas ignib⁹ vindicaret. Nec mirū si hos q̄nq̄ ignes exteriores superauit: q̄m ex verbis p̄dicti Maximi habenē tria refrigeria q̄ intus habuit. et tres ignes in corde portauit p q̄ oēz ignē exteriorē ⁊ refrigerio mitigauit: ⁊ maiori incēdio superauit. Primū nāq̄ refrigerium fuit desideriū regni celestis. Secundū meditatio diuine legis. Tertiū puritas cōsciētie. Per hoc triplex refrigeriū oēz ignē exteriorē extinctū fecit ⁊ frigidū reddidit. De p̄mo refrigerio q̄ est desideriū celestis glorie dicit Maximus vel Amb. ſm quosdā li. Nec em̄ btūs laurenti⁹ ignīū sentire tormēta poterat: q̄ in sensibus refrigeriū paradisi possidebat. Itez Jacet ante pedes tyrāni exusta caro corpus exanime nihil tamē detrimentū patit in terris: cui⁹ ani-

mus demorak in celis. De secūdo refrigerio qō est meditatio legis diuie sic dicit Maxim⁹ vel Amb. Dū xp̄i cogitat p̄cepta: frigidū ē illi oīe qō patik. De tertio refrigerio qō est puritas cōscientie sic dicit. Ardet p̄fecto totis viscerib⁹ fortissim⁹ martyr ⁊ vik: ꝫ regnū dei pertractās refrigerio ꝓscientie victor exultat. Habuit nihilomin⁹ vt idez Maxim⁹ ostendit tres ignes interiores p q̄s oēs ignes exteriores mator incēdio superauit. Prim⁹ fuit fidei magnitudo. Secūdus ardens dilectio. Tertius vō dei cognitio: que ip̄m irradiauit tāc̄ ignis. De p̄mo igne sic dicit idē vel Amb. Inquātū in illo fidei ardore feruet: intantuz supplicij flāma frigescit. Itez esse saluatoris ignē feruorē fidei legim⁹ in euāgelio. Ignē veni mittere in terrā. Hoc igit igne btūs laurēti⁹ accensus: flāmaz nō sensit incēdiū. De secūdo igne sic ait idē vel Ambro. Ardebat extrinsecus martyr laurentius tyrāni seuientis incēdijs: ꝫ maior illū intrinsec⁹ xp̄i amoris flāma torrebat. De tertio igne sic dicit. Fortissimū martyrē seuissima persecutoris flamma superare nō potuit. qz longe ardentius veritatis radijs mens eius accensa feruebat. Itē. Odio p̄fidie ⁊ amore veritatis accensus: appositā sibi extrinsecus flāmā aut nō sensit: aut vicit. Habet aūt inter ceteros martyres btūs laurētius tria p̄llegia c̄tū ad officium. Primū est in vigilia. Solus em̄ int̄ martyres vigilā hz. ꝫ vigilie sanctoz ꝓpter multas deordinationes hodie in ieiunia mutate sunt. Mos em̄ fuit olim (vt refert Jobes beleth) vt in festiuitatib⁹ sc̄tōz boies cū vxorib⁹ ⁊ filiab⁹ ad eccl̄iā venirent: ⁊ ibi cū lumiarib⁹ pnocta rent. Sz qz multa adulteria in his vigilijs fiebant: statutū fuit vt vigilie i ieiunia cōuerterēt̄ur. Nomē tū antiquū est retentū. qz non ieiunia: ꝫ vigilie adhuc appellant. Secundū est in octana. ipse nāc̄ solus cū stephano hz octauam inter martyres sicut Martinus inter confessores. Tertiū est in regressiōibus antiphonarum: qō solus ipe ⁊ paulus habet. ꝫ paulus ꝓpter excellentiā p̄dicatōis: iste ꝓpter excellentiam passionis. Legenda cxiij.

## De sancto Hypolito.

# Ypolitus dicitur ab

b hyper qō est supra ⁊ lytos qō ē lapis: q̄si supra lapidē. i. xp̄m fundat⁹. Vel ab in ⁊ polis qō est ciuitas. Vel hypolit⁹ quasi valde politus. Fuit em̄ sup lapidem xp̄m bene fundatus p cōstantiā ⁊ firmitatē. fuit in ciuitate supna p desideriū ⁊ auiditatē. fuit bñ politus p tormētoz acerbitatē. Hypolit⁹ postc̄ corp⁹ beati laurentij sepeliuit venit in domū suā: ⁊ dans pacem suis seruis ⁊ ancillis: oēs de sacramēto altaris qō iustin⁹ p̄sbyter obtulerat cōmunicauerunt. Et apposita mensa p̄riusc̄ cibū sumeret: venientes milites eum rapuerūt ⁊ ad cesarē duxerūt. Quē videns decius cesar subridēs dixit ei. Nūquid ⁊ tu magus effectus es: qui corp⁹ laurētij abstulisti: Cui hypolit⁹. Hoc feci non quasi magus: ꝫ q̄si xp̄ian⁹. Tūc deci⁹ furore repletus: p̄cepit vt habitu quo vt xp̄ian⁹ vtebat expoliaret: ⁊ os eius lapidibus tunderet. Cui hypolit⁹. Non me expoliasti: ꝫ magis vestisti. Cui decius. Quō insipiēs effect⁹ es vt nuditatem tuam nō erubescas. nūc ergo sacrifica ⁊ viues: ne cū laurētio pereas. Cui hypolit⁹. Exēplum merear fieri beati laurētij quē tu ore polluto ausus es notare. Tūc decius fecit eū fustibus cedi ⁊ pectinib⁹ ferreis laniari. Ille aut̄ se xp̄ianū esse voce clara cōfitebat. Et cum torme̅ta hmōi derideret: veste militari qua antea vtebatur eum vestiri fecit: hortans vt amicicias et militiā p̄stinā retineret. Cui hypolitus: cuz deceret se xp̄o militare: decius ira repletus valeriano p̄fecto euz tradidit: vt omnes facultates eius acciperet ⁊ diris tormentis eum interficeret. Innūero quoc̄ q⁹ eius familia xp̄iana esset: adducti sunt omnes ante cōspectuz eius. Qui cum ad sacrificia cogerētur. Concordia nutrix hypoliti p̄o omnibus respōdit. Nos cum domino nostro volum⁹ mori potius p̄udice c̄ im p̄udice viuere. Cui valerian⁹. Genus seruorū non nisi cuz supplicijs emendatur. Tunc p̄sente hypolito ⁊ Gaudente iussit eam tamdiu plumbatis cedi quousc̄ emisit spiritum. Dixitc̄ hypolit⁹. Gratias tibi ago domine. quia nutricem meam ante cōspectum sanctorū tuorum p̄misisti. Deinde extra portam tyburtinā valerianus hypolituz cum familia sua duci fecit. Hypolitus autem omnes cōfortans dixit. Fratres nolite metuere: quia ego ⁊ vos vnum deum habemus. Jussitc̄ valerianus vt in cōspectu hypoliti omnibus capita amputarent. Hypoliti vō pedes ad colla indomitoz equorum fecit ligari: ⁊ per carduos et tribulos trahi tamdiu donec spiritum exalaret: circa ānos domini. cclvj. Eorum corpora Justinus p̄sbyter rapuit: et iuxta corpus sancti laurentij sepeliuit. Corpus vō sancte Cōcordie inuenire nō potuit. quia fuerat in cloacam proiectum. Miles autem quidam nomine Porphirius credens beatam Concordiam aurum aut gēmas in vestimentis habere: ad quendam cloacarium nomine hyreneum: qui erat occultus christianus accessit et dixit. Secretum custodi et extrahe Concordiaz. quia spero q⁹ aurum aut gemmas in vestib⁹ suis habet. Cui ille. Ostēde mihi locū ⁊ secretū habeo. et quicq̄d inuenero

nũciabo. Cum ergo corpus extractũ fuisset: et nihil inuenissent: miles ille ptinus fugit. et yreneus vocato quodam xpiano nomie Habundo: corpus ad sanctũ Justinũ detulit. Ꝺ ille deuote suscipiens: iuxta corpus sancti hypoliti v altor sepeliuit. Ꝺ valerian⁹ audiens: yreneum ⁊ habundũ tenuit: ⁊ ambos in cloacam viuos misit. Quor corpa iustin⁹ rapuit ⁊ cum alijs sepeliuit. ℍ Post hoc decius cũ valeriano in currũ ascẽdit aureũ: ⁊ pgũt ad amphitheatrũ vt cruciẽt xpianos. Arreptus igĩt decius a demonio clamabat. Ꝺ hypolite cathenis aspis vinctũ me tenes. Valerianus sĩr clamabat. Ꝺ laurẽti igneis cathenis me ligatum trahis. Et eadẽ hora valerian⁹ expirauit. Decius autẽ domũ reuersus: triduo a demõio vexat⁹ clamabat. Adiuro te laurẽti: modicum cessa a tormẽtis. Et sic miserabil'r mortu⁹ ẽ. Ꝺ vxor eius triphonia crudelis vidẽs: dimissis omnibus ad sanctũ iustinũ cum filia sua cyrilla accessit: ⁊ ab eo cuz multis alijs baptisari se fecit. Illo ỽo die cũ oraret triphonia emisit spiritũ. cui⁹ corpus iustin⁹ pſbr iuxta corpus sancti hypoliti sepeliuit. Audiẽtes ỽo. xlvij. milites ꝙ regina et eius filia xpiane effecte eẽnt: venerũt cũ vxoribus suis ad iustinũ pſbyterũ vt baptisma susciperẽt. quos oẽs dionys⁹ qui sancto sixto successerat baptisauit. Claudius autẽ imperator cyrillã cũ sacrificare nollet iugulari fecit: ⁊ ceteros milites decollari. quorũ corpa in agro verano cuz ceteris sepeliunt. Et aduertendũ ꝙ exp̃sse habet hic ꝙ illi decio ꝙ laurẽti um ⁊ hypolitũ martyrizauit successit claudi⁹. Claudi⁹ autẽ non successit decio impatori: imo decio successit ꝑm cronicas volusian⁹. volusiano galien⁹. galieno claudius. Ꝺportet ꝙ dicere vt videt ꝙ aut galienus fuerit binomi⁹: ⁊ ꝙ dict⁹ sit galien⁹ ⁊ decius. sicut dicit Vincẽti⁹ i cronica sua: ⁊ Godofrid⁹ in li. suo aut ꝙ galienus in sui adiutorii quendã noie decii fecerit cesarẽ: nõ tñ impatorẽ. sicut dicit Richard⁹ in cronica sua. De ℍ martyre sic dicit Ambro. i ꝑsatõe. Htũs martyr hypolit⁹ xp̃m vex ducẽ cõsiderãs miles ei⁹ eẽ maluit q̃ dux militũ cõprobari. btm̃q laurẽtiũ sue custodie mãcipatũ nõ ꝓsecut⁹ ẽ: ⁊ subsecut⁹. Qui cũ thesauroa ecclesie discuteret inuenit thesaurx quẽ nõ tyranu⁹ eripet: ⁊ quẽ pietas possideret. inuenit thesaurũ vñ vere diuitie peterenk. sprenuit fauorẽ tyranni vt cũ regis ppetui gr̃a ꝓbaret. mẽbris diuidi nõ refugit: ne nexib⁹ diuelleret eẽnis. Hu bulc⁹ quidã noie petr⁹: cum in festo sctẽ marie magdalene plaustrũ iũxisset ⁊ bones sequens ipos maledictis vexeret: ptin⁹ bones ⁊ aratrũ a fulmine absumunt. ⁊ ipse petr⁹ ꝙ hoc impcatus fuerat: supplicio atrocioi torquebat. Naz ignis eum arripuit: adeo ꝙ carnib⁹ ⁊ nervis: tybie ⁊ cruris cõsumptis ossa paterẽt. ⁊ ipsa tandem tybia a sua cõpage penitus solueret. Tũc ille ad quãdam ecclesiã btẽ virginis accedens tybiam ipam in quodã foramie ipsi⁹ eccl'ie abscondit: ⁊ btãm virginẽ lachrymis ⁊ ꝓcibus ꝑ sua liberatione rogauit. Et ecce nocte q̃dã beata virgo cum beato hypolito ei in visione affuit: ⁊ eidẽ hypolito vt petrx pristine sanitati restitueret: imp̃auit. Statimq̃ sanctus hypolit⁹ tybiam de foramie accipiẽs: loco suo quasi surculum arbor momẽto inseruit. In qua insitione tãtos dolores sensit: vt suis clamoribus totam familiã excitaret. Qui surgentes ⁊ lumen accẽdentes: petrũ duo crura ⁊ duas tybias habere cõspiciũt. ꝫ se deludi putãtes: ipm itex ac itex cõtrectabãt ⁊ mẽbra vera ipm hr̃e cõspicieb̃at. Qui vix eux excitãtes: vñ sibi ℍ acciderit scisitabank. Sz ille eos ludere existimãs: tãdẽ victor⁹ rẽ vidit ⁊ extupuit. ꝫ tñ corpa noua mollior q̃ vetusta: ad sustinẽtiam corpis nõ poterat exeq̃rl. vñ ad publicationẽ miracl'i p ãnũ claudicauit. Et tũc iteruz beata virgo eidem apparens: sctõ hypolito dixit vt quicqd curatõi deesset supplere deberet. Euigilãs igĩt ⁊ se plene sanatũ inueniẽs recluson̄ itroiuit. cui diabol⁹ in specie nude mulieris frequẽtissime apparebat ⁊ nudã ei se ingerẽs quãto ille fortior⁹ resistebat: tãto illa impudẽti⁹ incũbebat. Cũ ꝙ illa eũ plurimũ vexaret: tãdẽ ille stolã sacerdotalẽ accipiens collũ ei⁹ cinxit. ⁊ mox diabolo abscẽdente cadauer putridũ ibidẽ remãsit. Tantusq̃ feror inde exalauit vt null⁹ q̃ ℍ vidit ambigeret: q̃n corpus alicui⁹ mulieris mortue fuisset: ꝙ diabolus assumpsisset.

Legenda cxliij. ℍ

De assumptõe btẽ Marie virginis.

# Assumptio btẽ Ma

a rie virginis qualiter facta sit: ex quodam libello apocrifo q̃ Johãni euangeliste ascribit: edocek. Apostolis nãq̃ ob predicatiõis gratiam diuersas mundi subeũtibus regionis virgo beata in domo iuxta montem syon posita dicit remansisse. omniaq̃ loca filij sui: scilicz locum baptismi. ieiunij. oratõis. passiõis. sepulture. resurrectiõis. ⁊ ascensiõis quo ad vixit deuotione sedula visitauit. Et scõm ꝙ ait Epyphani⁹. xxiiij. annis post ascensionẽ filij sui supuixit. Refert ergo ꝙ beata virgo quãdo xp̃m cõcepit erat annor. xiiij. ⁊ in. xv. ipsuz pepit. ⁊ vixit cũ eo annis. xxxiij. ⁊ post mortem xp̃i supuixit. xxiiij. ãnis. Et ꝑm ℍ q̃ obijt erat annor. lxxij. Probabili⁹ tamen videt qõ alibi legitur: vt. xij. ãnis filio supuixerit. ⁊ sic ex sexagenaria sit assumpta: cum apostoli totidẽ annis

ꝑdicauerint in iudea ⁊ circa ptes illas.sicut ec
clesiastica tradit hysto. Die igit quadā dū in si
lij desiderijz cor virginis vehemēter accendit.
estuās animꝰ cōmouet.⁊ i exterioꝝ lachrymā
rum abūdantiā excitat. Cūq; ad tēpus subtra
cti filij eq̄nimiter non ferret subtracta solacia:
ecce angelus cū multo lumie eidez astitit:⁊ re
uerēter vtpote sui dñi matrē salutauit. Aue in
quit bñdicta Maria:suscipiēs bñdictionē illi
us qui mādauit salutē iacob. Ecce autē ramuz
palme de paradiso ad te dñaz attuli:quem an
te feretrū portare iubeas:cum die tertia de cor
pore assumeris.nam filiꝰ tuus te matrē reuerē
dam expectat. Cui Maria rñdit. Si inueni gra
tiam in oculis tuis:obsecro vt nomen tuū mi
hi reuelare digneris.ꝫ hoc peto instātius vt fi
lij ⁊ fratres mei apostoli ad me pariter congre
gent.vt eos anteq̄ moriar corpalibꝰ oculis vi
deam.⁊ ab eis sepeliri valeā.⁊ ipsis ꝑsentibus
spm̄ deo reddā. Hoc iterum peto ⁊ obsecro:vt
anima mea ne corpe exiens nullū spm̄ teterri
mū videat. nullaq; mihi sathane potestas oc
currat. Cui angelus. Cur scire desideras domi
na nomen meū:qđ āmirabile est ⁊ magnū:Ec
ce autē oēs ad te hodie cōgregabūtur apli:qui
nobiles tibi exhibebūt exequias funeris.et in
eoꝝ cōspectu spm̄ exalabis. Naz q̄ olim ꝓphe
tam de iudea in babylonē in crine attulit:subi
to ipse ꝑculdubio ad te aplos adducere pote
rit in momēto. Malignū autē spm̄ videre cur
metuis:cū caput eius oīno cōtriueris ⁊ spolia
ueris ipm̄ sue ptātis impio.fiat tū volūtas tua
vt ipos nō videas. His dictis angelus cū mul
to lumie celos ascēdit. Palma autē illa nimia
claritate splēdebat.⁊ erat quidē virge viriditā
tis cōsimilis:ꝫ folia ipsius vt stella matutina ful
gebant. Factū est autē dum Johānes in ephe
so ꝑdicaret:celū repente intonuit ⁊ nubes can
dida ipm̄ sustulit:ac raptū ante Marie ianuā
collocauit. ꝑcutiensq; ostiū interi introiuit:et
reuerēter virgo virginem salutauit. Quē felix
maria cōspiciens vehemēter obstupuit:et pre
gaudio lachrymas cōtinere nequit.dixitq;. Fi
li iohānes:memor esto verboꝝ magri tui:qui
bus me tibi in matrē ⁊ te mihi in filiū cōmen
dauit.ecce a dño euocata debitū humane con
ditōis exoluo.ac corpus meuz tibi cura sollici
ta recōmendo. Audiui em̄ iudeos inuisse cōsili
um:dicētes. Expectemꝰ viri frēs quoadusq; il
la que Jesum portauit subeat mortē:⁊ corpus
eius cōtinuo rapiemꝰ:ac insectū ignibus com
buremꝰ. Tu igitur hanc palmaz deferri facies
ante feretrū cum corpus meū duxeritis ad se
pulcrū. Dixitq; iohānes. O vtinā hic eēnt om
nes apostoli fratres mei:vt decēter tibi parare
possemꝰ exequias:ac exoluere laudes dignas.
Hec illo dicēte oēs apli de locis in qbꝰ ꝑdica
bāt a nubibꝰ rapiunt:⁊ añ marie ostiū collocā
tur. Qui videntes se ibidē insimul ꝓgregatos
mirabāt dicētes. Quenaz causa ē ꝓpt quā nos
hic dñs insimul cōgregauit: Johānes igit ad
eos exijt:⁊ dñaz de corpe recessuram ꝑdixit. Et
addidit dicēs. Videte frēs ne cū obierit aliqs
eā defleat:ne hoc vides ꝑplus ꝓturbet ⁊ dicat.
ecce quō isti timēt mortē:q̄ tñ alijs ꝑdicant re
surrectionē. ℟ Dionysiꝰ pauli apli discipu
lus in li.de diui.no. hoc idez asserit.aplos.s.in
dormitiōe virginis cōuenisse.⁊ se silr interfuis
se.ac vnūquēq; in laudē xpi ⁊ virginis sermo
nem fecisse.. Ait em̄ sic:loquēs ad Hierotheū.
Nos vt nosti ⁊ ipse ⁊ multi sāctoꝝ nostroꝝ fra
trum cōuenimꝰ ad visionē corpis vite ꝑcipis
⁊ qđ deum suscepit. Aderat autē ⁊ frater dñi ia
cobus ⁊ petrus summa ⁊ ꝑfectissima theolo
goꝝ summitas. Postea visum est post visionē
vt vniuersi hierarchie laudarēt:sicut vnusq̄sq;
erat sufficiēs infinite virtutis bonitatē hierar
chice infirmitatis. Hec Dionys. Cum autē
beata maria oēs aplos cōgregatos vidisset:do
minū bñdixit.⁊ in medio eoꝝ ardēt̄ lampa
dibus ⁊ lucernis cōsedit. Circa vo horam no
ctis tertiam Jesus aduenit cum angeloꝝ ordi
nibus.patriarchaꝝ cetibus. martyrū agmib⁹.
cōfessoꝝ acie. virginūq; chorus.⁊ ante thoꝝ vir
ginis acies ordinant.⁊ dulcia cantica frequen
tant. Quales autē exeq̄e ibidez celebrate sint:
ex ꝑdicto libello qui iohānī ascribit edocetur.
Nam prior ipse Jesus inchoauit dicēs. Veni
electa mea ⁊ ponā in te thronū meum.quia cō
cupiuit spēm tuam. Et illa. Paratū cor meum
dñe:paratū cor meū. Tūc oēs qui cū Jesu ve
nerāt dulciter intonauerūt dicētes. Hec ē que
nesciuit thoꝝ in delictis:habebit fructū in rese
ctōe aiaꝝ sanctaꝝ. Ipsa autē de semetipa eccī
nit dicēs. Beatā me dicēt oēs generatōes.qz fe
cit mihi magna q̄ po. est ⁊ sanc.no.eius. Tunc
cantor cantoꝝ oibus intonauit excellēti⁹. Ve
ni de libabo spōsa:veni coronaberꝛ. Et illa. Ec
ce venio.qz in capite libri scriptuz est de me:vt
facerē voluntatē tuā deus. qz exultauit spiritꝰ
meꝰ in te salutari meo. Sicq; marie aia de cor
pore egredit:⁊ in vlnas filij aduolauit. Fuitq;
tam a dolore carnis extranea q̄ a corruptione
extiterat aliena. Dixitq; aplis dñs. Corpus vir
ginis matris in vallē iosaphat deferte:⁊ in mo
numēto nouo qđ ibidez inuenietis illud recō
dite.⁊ me ibidē triduo donec ad vos redeā ex
pectate. Statimq; circūdederūt eā flores rosa
rū.cetꝰ.s.martyꝝ:⁊ lilia q̄allū.agmia.s.angelo
ꝝ ꝓfessoꝝ ⁊ virginū. Post eā apli clamitant:
dicētes. Virgo prudētissima quo ꝓgrederis:
Esto nri memor o domina. Tunc ꝛ̄ concentuz

ascendentiū cetus q̄ remāserāt admirati cōcite obuiā ꝓcesserūt. Videntesq̄ regē suū femine animā in vlnis ꝓpꝛijs baiulantē:illāq̄ sup illū innixā:obstupefacti ceperūt clamare dicentes. Que est ista q̄ ascēdit de deserto delicijs affluens inixa sup dilectū suū:Quib⁹cōcomitātes dixerūt. Ista ē speciosa inē filias hierlm:sic videritis eā plenā charitate ꝛ dilectōe. Siccq̄ in celum gaudēs suscipit:ꝛ a dextris filij in throno glie collocat. Apli aūt viderūt ei⁹ aiaz tāti esse cādoꝛis vt nulla mortaliū lingua possit effari.

E Tres aūt vgies q̄ ibidē erāt cū coꝛp⁹ei⁹ laudi gfa expoliassent:tāta statim coꝛp⁹ei⁹ claritate resplēduit vt tāgi q̄dē ad laudū posset:videri aūt nō posset. Tādiu autē lux illa ibidē resplēduit donec coꝛp⁹ eius a vginib⁹ totū fuit. Apli autē coꝛp⁹ ei⁹ reuerēter ceperūt:ꝛ sup feretꝝ posuerūt. dixitq̄ iohānes petro. Hāc palmā ante feretꝝ petre portabis:q̄ dñs nobis te ꝓtulit:ꝛ suaꝝ ouiū pastoꝛē ꝛ ꝓncipē ordinauit Cui petr⁹. Hāc pot⁹ portare te cōuenit:q̄ virgo a dño es elect⁹:ꝛ dignū est vt palmaz virginis virgo ferat. tu sup pect⁹ dñi recūbere meruisti:ꝛ exinde sapie ac gre pl⁹ ceteris fluēta potasti. Et iustū videt vt q̄ a filio recepisti plus muneris:impēdas vgini pl⁹ honoꝛis. Tu igit poꝛtare debes hāc palmā lumis ad exeq̄as sanctitatis:q̄ potat⁹ eis poculo lucis de fonte ꝑpetue claritatis. ego aūt portabo cū feretro sctm̄ coꝛpus. cereri aūt apli frēs nostri circūdātes feretrū:referāt laudes deo. Paul⁹ autē dixit ei. Et ego q̄ minim⁹ oim vestrū sum portabo tecum. Eleuātes itaq̄ petrus ꝛ paul⁹ feretrū:petr⁹ incepit cātare ac dicere. Exit isrl de egypto alla. Ceteri autē apli cāticū dulcē ꝓsequūtur. Dñs autē feretrū ꝛ apl̄os nube ꝓtexit:ita q̄ ipsi nō videbant: ꝑ tm̄ eoꝝ vox audiebat. Affuerūt et angeli cū apl̄is ꝓcinentes:ꝛ totā terram sonitū mire suauitatis replētes. Excitati oēs ad tam dulcē sonū ꝛ melodiaz de ciuitate veloci⁹ exeunt:ꝛ q̄dā hoc sit diligēter scisciteant. Tūc extitit q̄ diceret. Marīā illā discipuli Jesu efferūt mortuā:circa illā hāc quā auditis ꝓcinūt melodiā. Tūc ad arma oēs ꝓcurrerūt:ꝛ se mutuo hoꝛtabant dicētes. Venite oēs discipulos occidam⁹:ac coꝛp⁹ illud q̄ seductoꝛē illū poꝛtauit ignib⁹ ꝓburam⁹. Princeps autē sacerdotū hoc videns obstupuit:ꝛ ira replet⁹ ait. Ecce tabernaculū illi⁹ q̄ nos ꝛ gen⁹ nr̄m ꝓturbauit:q̄lē gliam nūc accepit. Et hoc dicens man⁹ ad feretrū misit:volēs illud euertere ac ad terrā deducere. tunc man⁹ eius subito ambo aruerūt ꝛ lectulo adheserūt:ita vt ad lectulū manib⁹ pēderet:ꝛ nimio cruciatu vexatus lamētabil'r eiularet. Reliqu⁹ autē ppl'us angelis qui erāt in nubibus cecitate ꝓcussus est. Princeps aūt sacerdotū clamabat dicens. Sancte petre in hac tribulatiōe me non despicias:ꝛ ꝓ me obsecro ad dñm p̄ces fundas. memoꝛ em̄ debes esse qualiter aliq̄n tibi astiti:ꝛ q̄liter te accusante ancilla ostiaria excusaui. Cui petr⁹. In obsequijs dñe nostre impediti sum⁹:ꝛ curatiōi tue intendere nō valem⁹. Verūtamē si in dñm nr̄m Jesum ꝛ in hanc q̄ ipm genuit et poꝛtauit crediderīs: spero q̄ ꝓtinuo sanitatis bñficio potieris. Qui respōdit. Credo dñm Jesum xp̄m verū esse filium dei:ꝛ hanc sacratissimā matrem eius. Statimq̄ a feretro manus eius solute sunt:sed tamen in brachijs adhuc aridꝛitas remāsit:ꝛ doloꝛ vehemens non recesserat. Dixitq̄ ei petr⁹. Osculare feretrū ꝛ dic. credo in deū Jesū christum quē ista in vtero poꝛtauit:ꝛ post partum virgo ꝑmansit. Hō cum feciss̄et:cōtinuo pristine est reddit⁹ sanitati. Dixitq̄ ei petr⁹. Accipe hanc palmā de manu fratris nostri iohānis:et pones eam sup populū excecatū. ꝛ quicūq̄ credere voluerit recipiet visum. qui autē credere noluerit videre nō poterit in eternū. Mariam autē poꝛtantes apostoli in monumēto posuerunt:ꝛ iuxta illud vt domin⁹ iusserat ꝓsederūt. Tertia autē die venies Jesus cum multitudine angeloꝝ:ipos salutauit dicens. Pax vobis Qui respōderūt. Gloria tibi deus q̄ facis mirabilia magna sol⁹. Et dixit apl̄is dñs. Quid gratie ꝛ honoꝛis vobis videt vt mee nūc cōferam genitrici:Et illi. Justum videt dñe seruis tuis:vt sicut tu devicta moꝛte regnas in secula sic tue resuscites mr̄is coꝛpusculuz ꝛ a dextris tuis colloces in eternū. Quo annuēte michael angelus cōtinuo affuit ꝛ Marie aiam coꝛaz dño ꝓsentauit. Tunc saluatoꝛ locut⁹ est dicēs. Surge ꝓxima mea. columba mea. tabernaculum glorie. vasculū vite. templum celeste. vt sicut ꝓ coitū labez nō sensisti crimis:sic in sepulcro solutionē coꝛpis minime patiaris. Statimq̄ anima ad Marie accessit coꝛpusculuz:et de tumulo ꝓdijt gloriosum. siccq̄ ad ethereū assumitur thalamū:comitante secum multitudine angeloꝝ. Thomas autē cum abesset:et rediēs credere recusaret:subito zonam qua coꝛp⁹ eius p̄cinctum fuerat ab aere recepit illesam. vt vel sic intelligeret q̄ totaliter fuisset assumpta.

D Hoc autē totum q̄ ꝓdictū est videt esse illud apocrisum de quo Hieronym⁹ in epistola sue sermōe ad Paulā ꝛ Eustochiū sic ait Ille sane libellus vere apocrisus est censend⁹: nisi quo ad aliqua fidedigna que vident a sanctis approbata. que sunt nouem. scz q̄ ꝓmissa sit et exhibita virgini oīmoda cōsolatio. apl̄oꝝ omniū ꝓgregatio. fine doloꝛe cōsummatio. sepulture in valle iosaphat ꝑparatio. exequialis deuotio. christi et tot⁹ curie celestis obuiatio.

## Elagia prima feminax antiochie ciuitatis rebus & diuitiis plena, corpore pulcerrima, habitu ambitiosa & vana, aio & corpe impudica. Quadam vice p ciuitatē cū ambitōe maxima trāsibat: ita vt nihil sup eā nisi aurū & argentū & pciosi lapides viderent. ita vt quocūq; iret aerem diuersox aromatū odore repleret. quaꝫ pcedebat & sequebat multitudo maxima puellarū & pueroꝝ qui & ipsi pclaris erāt induti vestimentis. Quā quidā sanctꝰ pater noie veronꝰ epūs eliopoleos que nūc damiata vocat vidēs amarissime flere cepit: ex eo q̄ maiorē curam habebat placere mūdo q̄ ipe hīet placere deo. Procidensq; sup pauim entū facie suā cum terrapcutiebat: & ipam terrā lachrymis rigans dicebat. Altissime deus ignosce mihi peccatori: q̄a vnꝰ diei meretricis ornatus totius vite mee industriā supauit. ne me dñe ꝓfundat vnius meretricis ornatus ante ꝓspectū tremēde maiestatis tue. Illa p terrenis summo se studio decorauit: ego tibi īmortali dño placere ꝓposui: & p meam negligentiā non impleui. Dixitq; his q̄ secum erāt. In veritate dico vobis: quia deus hāc ptra nos in iudicio pducturus est: quoniā hec tam sollicite se depingit vt terrenis amatoribus placeat: & nos celesti spōso placere negligim⁹. Dum hec & similia diceret subito obdormiuit. visumq; est sibi q̄ quedam columba nigra & fetida nimis circa eum celebrantē missā volaret. Qui dum catheciumios abscedere prcepissēt columba disparuit. & post missam rediens & ab ipo epo in vase quodam aque mersa: mūda & candida exiens tam alte volauit q̄ videri non potuit. Euigilās igitur dum quadaꝫ vice ad ecclesiā pcedēs pdicaret & pelagia presens esset: adeo cōpuncta est q̄ ei lrās per nūcium misit dicens. Sancto epo discipulo christi pelagia discipula diaboli. Si vere xpi discipulus comprobaris: qui vt audiui pro peccatoribus de celo descēdit: me peccatricē: ℔ penitētē suscipere digneris. Cui ille remisit. Rogo vt

hūilitatē meā nō tēptes. qz hō peccatoz sum. ꝫ si vere saluari desideras solū me videre nō poteris: ꝫ inter alios me videbis. Cūq; ad eū corā pluribꝰ aduenisset pedes eiꝰ appḧendit: z amarissime flens dicere cepit. Ego suz pelagia pelagus iniqtatis exūdans fluctibus pctoꝝ. ego sum pditōis abyssus. ego vorago z laqueꝰ aiarum: multos deceptos decepi q̄ nūc cūcta perhorrui. Tūc epūs interrogauit eā dicēs. Dmō tibi nomē est: Cui illa. A natiuitate pelagia vocoz: ꝫ ꝓpter vestimētoꝝ pompā oēs me margaritam appellāt. Tunc epūs clemēter eā suscipiens penitētiā ei salutarē iniūxit: z in dei timore diligenter instruxit z sacro baptismate regenerauit. Diabolus aūt ibidē clamabat dicens O violentia quā patioz ab hoc sene decrepito. o violentia. o senectus mala. maledictꝰ dies in quo ꝓtrariꝰ natus es mihi. qz spem meā maximā abstuliſti. Quadā insup nocte cuz pelagia dormiret diabolus ad eā venit: z eam excitans dixit sibi. Dña margarita quid vnq̄ tibi malefeci. nūquid nō oibus diuitijs z gloria te ornaui: Queso die mihi in quo te cōtristaui: z ꝓtinus tibi satisfaciam. tm̄ obsecro ne me deseras ne obꝓbriū xp̄ianis efficiar. Ipsa autez se signauit z in diabolū insufflauit: z statim euanuit. Die tertio oia q̄ habebat cōgregauit: z pauperibꝰ tribuit. Post aliq̄ō aūt dies cūctis ignorantibꝰ pelagia inde noctu aufugit z in mōtez oliueti deuenit: vbi habitū heremite accipiens in parua cella se ibidē collocauit: z deo in multa abstinētia seruiuit. Maxime autez fame ab omnibus habebat: et frater pelagius dicebat. Post hoc quidaz diaconus supradicti epi hierosolymā causa visitandi loca sancta aduenit. cui dixit epūs vt post sanctoꝝ locoꝝ visitationem quēdam monachū nomie pelagium quereret z ipm visitaret: cum verus dei seruus esset. Dmō cum ille feciſſet: moꝝ ab illa cognitus nequaq̄ ipam ꝓpter nimiā maciem cognouit. Cui dixit pelagia. Habes episcopum: Et ille. Immo dñe. Et ille. Oret ꝓ me ad dominū: qz vere apostolus xp̄i est. Recedens autem inde die tertia: ad cellam eius rediit. Sed cū ad ostium pcussisset et nullus ei aperuisset: fenestram aperuit z mortuū eaz inuenit ac vidit. Currēsq; cum hoc epō nunciasset: epūs et clerus omnesq; monachi cōuenerūt: vt tam sancto viro exequias celebrarent. Cūq; de cella corpus eiꝰ extraxissent reppererūt q̄ mulier esset: z plurimū admirantes deo gratias reddiderūt: z sanctum corpus honorifice sepelierunt. Obiit autem octauo die intrāte octobr: circa annos domini. ccxc.

Legenda cxlvj.
De sancta Margarita.

# Argarita dicta pe-

m lagius virgo pulcerrima dines et nobilis: tanta fuit parentum sollicitudine custodita z optimis moribus instructa. tantaq; pudicicie honestate vigebat q̄ ab hominibus videri modis omnibus renuebat. Deniq; a quodam adolescente nobili in cōiugiū queritur: z vtriusq; partētis assensu cuncta nuptijs necessaria cum imensa diuitiarū z delitiarum gloria ꝓparantur. Cuz ergo nuptiarū dies aduenisset: z iuuenes z puelle z cuncta simul nobilitas ante thalamū iam paratū nuptiaruz festa cum gaudio celebrarent. virgo deo inspirāte cōsiderans damnū virginitatis tam dānosis plausibus cōparari: ꝓstrata in terram cum lachrymis gloriā virginitatis z nuptiaꝝ molestias tanta in corde suo ꝓpensatōe libauit q̄ oia huiꝰ vite gaudia q̄si stercora respuebat. vñ nocte illa a viri cōsortio abstinens: media nocte deo se recōmendans tonsis crinibꝰ in virili habitu clam aufugit. Longe autē ad quoddā monasteriū veniēs: z frēm pelagiū se appellās ab abbate receptus est z diligēter instructꝰ. Qui tā sancte ac religiose se habuit q̄ defuncto sanctimonialiū ꝓuisoꝝ de senioꝝ consilio z abbatis impio licz inuitꝰ monasterio virginū est ꝓlatus. Dum ergo eis nō soluz coꝝpoꝝ: ꝫ etiā animarū pabula cōtinue z inculpabiliꝝ ministraret: diabolus ei inidens studuit quallter ꝓsperum eius cursum obiectu criminis impediret. Nā vnā vḡinē q̄ ꝓe foribꝰ erat i adulteriū traxit: z itumescēte vtero cū iā celari nō posset: tāt⁹ pudoꝝ z doloꝝ oēs vḡines z mōachos virtusq; mōasterij cōsternauit q̄ solꝰ pelagiꝰ vtpote eaꝝ familiaris atq; ꝓpositꝰ sine iudicio examinatōe ab omnibus cōdemnaretur. Qui foras cum ignominia pellitur: ac in quodam rupis specu recluditur. sibiq; monachoꝝ seueriſſimus deputat: qui sibi panē ordeaceū z aquā tenuiſſime ministraret. Quibus gestis monachi recesserūt: z solum ibi pelagiū reliquerūt. At ille patienter oia sustinēs: in nullo turbatꝰ fuit. ꝫ semp grās deo referēs: q̄ sctoꝝ se exēpla cōtinue cōfortabat. Tandez cū finē suū adesse cognouisset: abbati z monachis p lras sic mādauit. Nobili orta genere margarita in seculo dicta fui: que vt pelagius temptationū transirem pelagius mihi nomē imposui. vir sum nō p deceptiōe mentita: qō factis ostendi. De crimine virtutē obtinui. penitētiā egi innocēs: et iam q̄so vt quā viri feminā nescierūt: sctē soroꝝ sepeliāt. z sit expiatio viuētis: ostēsio morientis. vt femie virginē recognoscāt quā calūniatoꝝes adulterū iudicabāt. His auditis monachis z sanctimōialibus ad spelunc̄am curren-

tib⁹ pelagius a femínis femina ⁊ virgo intacta cognoscit: ⁊ cūctis penitentiā agētibus in monasterio virginū honorifice sepelit. Finit legenda de prima feminaꝝ anthiochie ciuitatis abundantissima tandē pelagi⁹ appellata.

Legenda cxlvij. ℟

De sancta Thaisi meretrice.

## Thaisis meretrix vti

t vitas patrū legit tante pulcritudinis extitit: vt multi ꝓpter eā venditis substātijs suis ad vltimā pauptatez deuenirēt. sed amatores sui pre zelo litib⁹ inter se ꝓsertis frequēter puelle limina sanguine replebant. Qō cuz audisset abbas pafunti⁹ sumpto habitu seculari ⁊ vno solido ꝓfectus est ad eam in quadam egypti ciuitate. deditq; ei soliduz quasi ꝓ mercede peccādi. Illa accepto ꝑcio ait illi. Ingrediamur in cameram. Cūq; ingressus esset ⁊ lectum ꝑciosis vestibus stratum ascendere inuitaretur: dicit ad eam. Si est interius cubiculum in ipsum eamus. Et cuz ouxisset eum per plura loca: ille semp dicebat q; videri timebat. Illa autem dixit. Est quoddā cubiculum vbi nullus ingredit. si vo deum times: nō est loc⁹ qui deitati eius abscondat. Qō cum senex audisset dixit ei. Et scis esse deuz: Cūq; illa respōdisset se scire deum ⁊ regnū futuri seculi necnō ⁊ tormēta pctōꝝ: dixit ei. Si ergo nosti cur tātas animas pdidisti: Et non solū ꝓ aia tua: sed ꝓ illorū redditura ratione damnaberis. Illa vo hoc audiens ꝓuoluta ad pedes abbatis pafuncij cum lachrymis exorabat dicens. Scio esse penitentiā pater: ⁊ ꝓfido remissionē te orāte sortiri. tm̄ peto tribus horis inducias: ⁊ post hoc quo iusseris ibo. ⁊ quecūq; ꝑceperis faciā. Cūq; locum illi abbas ꝓstituisset vbi venire deberet: illa collectis omnibus quecūq; ex peccato lucrata fuerat. perlatisq; in mediam ciuitatem populo spectante igne cōbussit clamans. Venite omnes qui peccastis mecum: ⁊ videte quomō ea ego q̄ mihi cnotulistis exurā. Erat autez ꝑciū auri libraꝝ quadringētaꝝ. Que cū oia incendisset: ad locum quē abbas pafunci⁹ cōstituerat prexit. Quam ille reperto virginū monasterio in cellulā paruam recludens: ostium cellule plūbo signauit. ⁊ paruam reliquit fenestram per quam ei victus modicus inferretur. Jussitq; ei omnibus diebus parum panis ⁊ paululū aque a ceteris ministrari. Cum autem senex discederet thaisis ad eū ait. Quo iubes pater vt ex naturali meatu aquaz meam effundam: Et ille. In cellam: sic digna es. Cūq; iterum quomō deuz deberet adorare inquireret: respondit. Non es digna nominare deuz: neq; in labijs tuis nomen trinitatis adducere: sed nec ad celuz manus expandere: quoniā labia tua iniquitate plena sunt: ⁊ manus tue sordib⁹ inquinate. sed tantūmodo incumbēs cōtra orientem respice: hunc sermonez frequēter iterans. Qui plasmasti me miserere mei. Cuz ergo tribus annis fuisset inclusa: condoluit abbas pafuncius ⁊ ꝓfectus est ad abbatez anthonium vt ab eo requireret si remisisset illi deus peccata sua. Et narrata causa sanctus anthonius cōuocatis discipulis suis: ꝓcepit eis vt illa nocte vigilantes in oratōe persisterent singillatim: quatenꝰ alicui ex his declararet deus causam ꝓ qua abbas pafuncius venerat. Cuz igitur incessāter orassent abbas paulus maior discipulus anthonij vidit subito in celo lectū ꝓciosis vestibus ornatū: quem tres virgines clara facie custodiebāt. Tres iste virgines fuerūt timor pene future: qui ipaz a malo retraxit. pudor culpe cōmisse: qui ei ventā ꝓmeruit. amor iusticie: qui eam ad superna transuexit. Cunq; paulus illis diceret gratiaz illam tantā esse anthonij: vox diuia respōdit. Non est patris tui anthonij: sed thaisis meretricis. Qō cū abbas paulus mane retulisset: cognita dei voluntate abbas pafuncius cum gaudio discessit: ⁊ mox ꝓfectus ad monasteriū ostiuz celle dissipauit. Illa vo rogabat vt adhuc maneret inclusa. dixit autem ei. Egredere: quoniā remisit tibi deus peccata tua. Et illa respōdit. Testor deum quia exquo huc ingressa sum ex omnib⁹ peccatis feci velut sarcinam: et statui ante oculos meos. ⁊ sicut non discedit anhelitus de naribꝰ meis: sic nō discesserūt peccata mea ab oculis meis: sed flebā semper illa cōsiderans. Cui abbas pafuncius dixit. Non ꝓpter penitentiā tuam remisit tibi deus peccata tua: ꝫ qz timorez semper habuisti in animo. Et cum inde illam eduxisset q̄ndecim dies supuixit: ⁊ pausault in pace. Abbas quoq; effrē aliam meretricez simili fere modo cōuertere voluit. Nam cum illa meretrix sanctum effrem ad peccanduz allicere impudēter: dixit ei effrem. Sequere me. Qua sequēte: cum ad quēdaz locum vbi erat multitudo hominū venisset dixit ei. Sede huc vt cōmiscear tecum. Et illa. Quomō possum hoc facere tanta multitudine hie astante: Et ille. Si homines erubescis: nōne magis tuum debes erubescere creatorem: qui reuelat occulta tenebrarū. Illa aūt cōfusa recessit.

Legenda cxlviij. ℟

De sancto Dionysio.

## Jonysius interpre-

o tat vehemēter fugiēs. Vt dī dionysi⁹ a dya q̄ō est duo ⁊ nisus q̄ō ē elevatio q̄si fm duo eleuat⁹. s. fm corp⁹ ⁊ fm aiaz. Vel

dicit a dyana qō est ven⁹.s. dea pulcritudinis. ⁊ syos qō est de⁹:q̄si pulcer deo. Vel vt quidā aiūt dī a dionysia:q̄ vt dicit Isidorus est q̄daz gēma nigra valens cōtra ebrietatē. Fuit ergo vehemēter fugiēs de mūdo ꝓpter pfectā abrenūciationē.eleuat⁹ p inēnoz ꝓtēplationē.pulcer deo p decorē virtutū.valēs pcōrib⁹ ꝫ ebrietatē vitioz. Hic ante puersionē m'tra p̄noia habuit. Vocat⁹ est em̄ ariopagita a vico i quo habitabat. Itē dict⁹est theosoph⁹.i.deū sapiēs Itē a grecoz sapiētib⁹ vsq̄ hodie dicit ꝓrigion tuarami:qō latie dī ala celi. qz i celū ala spūal' intelligētie mirabil'r volauit. Itē dictus ē machari⁹.i.beat⁹. Itē a patria dictus est ionicus. Jonica autez vt ait Papias vna est ex linguis grecoz.vel ionice sunt genera rotūdaz colum naz.vel ionicū vt idē dicit ē pes q̄ hz duas correptas ⁊ duas lōgas. Per qō oñdit q̄ ipe fuit sapiēs deū p occultoz iuestigationē. ala celi p celestiū ꝓtēplationē. btūs p eternoz possessionem. Per alia oñdit q̄ ipse fuit mirabilis rhetor p eloquētiā.ecclesie sustētator p doctrinaz. breuis sibi p humilitatez.longus alijs p charitatem. Augus.autē in li.viij.de ciui.dei dicit q̄ ionicū est genus phoz. Distinguit em̄ ibidem duo genera phoz.s. italicū qō est ex pte italie. ⁊ ionicū qō est ex pte grecie. Onia ergo dionysius summ⁹ erat phūs:ideo antonomasice dicebat ionicus. Eius passionē ⁊ vitā grece dictauit methodi⁹ cōstātinopolitan⁹.latine vo anastasi⁹ aplice sedis bibliothecari⁹:vt dic Jgmarus rhemoz epūs.

Jonysi⁹ ariopagita a btō paulo apostolo ad fidē xpi cōuersus fuit:qui ariopagita a vico ciuitatis in quo habitabat dict⁹ fuisse dī. Ariopagus em̄ erat vic⁹ martis:in quo.s.erat tēplū martis. Athenienses em̄ singulos vicos denoiabāt a dijs quos colebāt. vt vicū in quo colebat mars vocabant ariopagum.qz arioth dī mars. Vicuz in quo colebāt pan:vocabant panopagū.⁊ ita a singulis dijs singulos vicos denoiabant. Ariopagus autez erat vicus excellentioz.qz ibi erat curia nobiliū ⁊ schole liberaliū artiū. In hoc ergo vico morabat dionysi⁹ maxim⁹ phūs qui ob plenitudinem diuinoz numinū et sapiētie theosoph⁹.i. deū sapiēs dicebat. Erat ⁊ secū appollophan⁹ eius cōphilosophus. Ibi etiam erant epicuri: qui ponebāt felicitatē bois in sola corporis voluptate. Et stoici:q̄ in sola animi virtute. In die igitur dñice passionis cū tenebre facte fuissent super vniuersam terrā:philosophi q̄ erant athenis nō potuerūt hui⁹ causam in causis naturalibus inuenire. Non fuit em̄ naturalis eclypsis solis.tum qz luna fere erat e regione ad solem.eclypsis aūt fieri solet in sinodo solis ⁊ lune.luna autē tūc erat q̄ntadecima:⁊ ita in perfecta distantia a sole.tum qz eclypsis nō aufert lumen vniuersis partib⁹ terre.tuz qz p tres horas durare nō potest. Oz autem illa eclypsis in vniuersis partibus terre lumen abstulerit patet ex eo q̄ Lucas euāgelista hoc dicit.et ex eo q̄ vniuersitatis domin⁹ patiebat.⁊ ex eo q̄ fuit apud eliopolim egypti.et ex eo q̄ fuit rome ⁊ in grecia siue asia minori. Oz autez fuerit rome testat Oroſi⁹ dicens. Cum domin⁹ patibulo affixus est:maximo terremotu per orbē facto:saxa in montib⁹ scissa:maximarūq̄ vibuz plurime partes plus solita cōcussiōe ceciderūt Eodēq̄ die ab hora diei sexta sol intātū obscurat⁹ est q̄ tetra nox subito obducta terris adeo vt stellas tūc diurnis horis:vel potius in illa horrenda nocte toto celo visas fuisse referatur. Hec Oroſius. Fuit etiam apud egyptuz.et hui⁹ meminit Dionysi⁹ in epistola ad appollophanū dicens. Obfusi nāq̄ orbes vniformiter tenebrarū caligine tabescente:vt purgatum rediit solis dyametrū regulaz philosophi aridei assumpsim⁹. Cunq̄ reperim⁹ qō ⁊ erat notissimū solem pati molestias non debere:alo ad te faste peritie sacrariū adhuc nescimus tante rei mysteriū. Quid inquā speculum doctrine appollophani his secretis ascribis:ad quem mihi oze diuino ⁊ non humani sensus sermone: O bone dionysi:diuinaruz permutatōes sunt rerum. Deniq̄ noratum ferie diem ⁊ annū annunciatiōis quam paulus nostris auribus suspensis intonuit:signis acclamantibus recordari expertus dedi veritati manus:⁊ falsitatis sum nexibus absolutus. Hec Dionysius.

H Huius etiam meminit idez in epistola ad Policarpū:loquens de se ⁊ appollophano:dicens. Jmbo apud eliopolim tunc p̄sentes et coastātes inopinabiliter soli lunam incedentē videbamus. non enim erat cōueniens temp⁹. Et rursus ipsum a nona hora vsq̄ ad vesperaz ad solis dyametrum supnaturaliter restituta. Eclypsim autem illam vidimus in oriente inchoatam:⁊ vsq̄ ad solarem terminū venientez postea regredientez. Et rursus non ex eodem ⁊ defectum ⁊ purgationem:sed ecōuerso scōm dyametrū factam. Hec Dionysi⁹. Tunc em̄ dionysius cuz appollophano voto astrologice discipline apud eliopolim egypti perrexerat:⁊ postea inde reuersus est. Oz autem fuerit in asia testat Eusebius in cronica:asserēs se in dictis ethnicoz legisse q̄ tunc in bithunia que est ꝓuicia asie maioris fuit terremot⁹ magn⁹.⁊ maioz solis obscuratio q̄z vnq̄ fuerit.et q̄ dies hora sexta ita i tenebrosā noctē vers⁹ sit vt stelle i celo visse sint.⁊ q̄ i nicena q̄ vrbs ē bithinie m'tras edes tremor⁹ subuertit. Tādē vt i hysto.schola

stica legit: ꝓbi ad hoc adducti sunt vt dicerent q̄ deus nature patitur. Alibi tamen legitur q̄ dixerunt: aut ordo nature peruertit: aut elemēta mentiūtur: aut deus nature patitur ⁊ elemēta sibi compatiūtur. Alibi quoq; dicit q̄ Dionysius dixit. Hec nox quā nouaz miramur totius mūdi veram lucem aduenturam signat. Tunc atheniēses illi deo aram construxerūt: ⁊ superpositus est titulus. Ignoto deo. Singulis enim aris superponebat titulus: indicans cui esset dedicate. Et cū vellent illi offerre bolo causta ⁊ victimas dixerūt ꝓbi. Bonorū nostrorū non eget: sed facietis genuflexiōes ante aram eius: ⁊ supplicabitis ei. quia non querit oblationes pecor. sed deuotionē animor. Cū ergo paulus venisset athenas: epicuri et stoici ꝓbi cum eo disputabant. Quidam autez dicebant. Quid seminator verbor hic vult dicere: Alij dicebant. Novor demonior videtur annūciator esse. Adducētes ergo eum ad vicum ꝓbor: vt noua doctrina ibidē examen reciperet dixerunt. Noua quedā infers auribus nostris. volum⁹ ergo scire quidnā velint hec esse. Atheniēses autem ad nihil aliud vacabāt nisi aut dicere: aut audire aliquid noui. Cum ergo paulus singula deor altaria pluſtrasset: ⁊ inter cetera ignoti dei altare vidisset: dixit illis ꝓbis Quem ignorātes colitis: hūc ego annūcio vobis verum deū qui fecit celum ⁊ terraz. Deinde dixit dionysio: quē pre ceteris magis doctū in diuinis videbat. Quis est dionysi ille deus ignotus: Cui dionysius. Ipse est deus verus qui inter ceteros deos non est demōstra⁹: sed nobis est ignotus ⁊ a seculo venturo obfutur⁹ ⁊ imperpetuū regnatur⁹. Et paul⁹. Homo autē spūs est: Et dionysius. Deus et homo est. ꝛ ideo incognitus est: quia eius tm̄ in celo conuersatio est. Cui paulus. Ille est quem p̄dico qui de celis descendit. carnez suscepit. mortem sustinuit. ⁊ die tertia resurrexit. Cum autē dionysius adhuc cuz paulo disputaret: fortuitu transijt p viam cecus coz̄ eis. statimq; dixit dionysius paulo. Si dixeris huic ceco. in nomine dei tui vide: ⁊ viderit statim credam. ꝛ vitatis verbis magicis. quia forte nosti verba q̄ habent hmōi efficaciam. ego formā verborum tibi ꝓscribam. In hac igit forma verborū dices ei. In nomie Jesu christi nati de virgine. crucifixi. mortui: qui resurrexit ⁊ ad celū ascendit: vide. Sed vt omnis suspicio tolleretur dixit paulus dionysio vt hec ipse verba ꝓferret. Cum ergo in eadē forma dionysius ceco vt videret dixisset: ꝓtinus visum recepit. Statimq; dionysius cum Damari vxore sua ⁊ tota familia baptisatus est ⁊ fidelis effectus. Sicq; a paulo p triennīū instructus: athenis epūs ordinat⁹ est. vbi ipe p̄dicationi insistens: ipam ciuitatem ⁊ maximā partē regionis illius ad fidem christi adduxit. ¶ Huic paulus ea que in tertium celum raptus vidit reuelasse dicit: sicut ⁊ ipse dionysius in plerisq; locis insinuare videt. vnde ⁊ de hierarchijs ipsorū angelor ordinibus dispositōibus ⁊ officijs tam luculenter ⁊ clare disseruit: vt nō putares ipm̄ ꝟ ab alio didicisse ꝛ ipsum potius etiā vsq; in tertium celū raptū esse: ⁊ ibi hec oia cōspexisse. Prophetie spiritu claruit: sicut ptz in epistola quā misit ad Johannē euangelistā in pathmos insulā in exilio relegatū. vbi ꝓphetauit q̄ inde rediturus esset: sic dicēs. Gaude vere dilecte. vere amabilis et desiderabilis ⁊ diligibilis valde dilecte. Et infra. Ex custodia que est in pathmos dimitteris ⁊ ad terrā asie reuerteris. et facies ibi boni dei imitatōes ⁊ his qui erūt post te trades. Dormitioni beate Marie interfuit: sicut ipse in libro de diuinis noibus insinuare videt. Cuz ergo audisset petrum ⁊ paluz rome a nerone in carceribus detineri: epm̄ sibi substituit: ⁊ ad eos visitandos accessit. Veruz cum illi ad dominū feliciter migrassent ⁊ postmodū clemēs ꝓsideret: ab ipo beato clemente post aliqō spacium temꝑis in franciam destinat: ⁊ sic rustic⁹ ⁊ eleutherius sociantur. Missus igitur parisius venit: ⁊ multos ibidē ad fidez cōuertit. ⁊ ecclesias plurimos fabricauit: ⁊ clericos diuersi ordinis collocauit. Tanta autē in eo gratia celitus emicuit q̄ cum sepius pontifices ydoloz contra eum seditionē populi cōcitarent: et populus ad eum perdendū sepe cum armis concurrerēt: mox illo viso aut omni feritate deposita se eius pedibus ꝓuoluebant: aut nimio timore soluti ab eius ꝓsentia fugiebant. Sz diabolus videns ⁊ inuidēs q̄ quotidie sui cultura decresceret: ⁊ multiplicatis fidelibus ecclesia triūpharet: domicianū imperatorē in tantā cōmouit sentiaz: vt ꝓceptum daret q̄ quicūq; xp̄ianū aliquem repiret: aut ipm̄ sacrificare cogeret: aut diuersis supplicijs cruciaret. Prefectus igit fescenni⁹ cōtra xp̄ianos parisi⁹ a roma directus: beatū dionysiū populo p̄dicantē inuenit: statimq; captum. collaphizatū. cōsputum. derisum ⁊ lozis durissims alligatum: cuz sanctis rustico ⁊ eleutherio sibi ꝓsentari p̄cepit. Cum ergo sancti coz̄ illo in cōfessione dei cōstantes astarēt: ecce quedā matrona nobilis aduenit: ⁊ virū suū lubricū turpiter ab his magis deceptum asseruit. Pro eius vtiq; viro citius mittit: et in dei cōfessione perseuerans iniuste necat. Sancti vo a duodecim militibus flagellant. deinde magno pondere cathenaruz cōstricti carceri mancipātur. Sequenti vo die dionysius sup̄ cratē ferream suppositis flāmis

nudus extēdit: vbi dño decātabat dicēs. Ignitum eloquiū tuū vehemēter: ꝛ ser. tu. di. illud. Inde autez erigitur: et ad bestias ferocissimas multo ieiunio excitatas, pijcit. Sz cum in euz impetuose currerent: signū crucis opposuit et māsuetissimas eas fecit. Deinde in clybanū ita ctak: ꝫ extincto igne nil ledit. Cruci affigit ꝛ di utius ibidē torquet. Inde depositꝰ cū suis socijs ꝛ multis alijs fidelibꝰ carceri mancipatur Vbi dū missā celebraret ꝛ ppīm cōicaret: dñs Jesus eidē cum imenso lumie apparuit: ꝛ panem accipiēs ei dixit. Accipe hoc chare meus qz mecū est maxima merces tua. Post hoc iudici psentati iterū nouis supplicijs mactātur. ꝛ iuxta ydolū mercurij cū securibꝰ triū capita i pfessione trinitatis pcidunt. Sātimqꝫ corpus sancti dionysij se erexit ꝛ caput suū int brachia angelo duce ꝛ celesti lumie pcedēte p duo milliaria deportauit: a loco q̄ dī mons martyꝝ vsqꝫ ad locū vbi nūc sua electōe ꝛ dei puidētia req̄escit. Tanta autē ibidē angelorꝝ melodia insonuit: vt inter multos qui audierunt ꝛ crediderunt etiā larcia vxor pfati lubrij xpianaz se esse clamauit. et mox ab impijs decollata et in suo sanguine baptisata occubuit. Filiꝰ aūt eiꝰ noie virbiꝰ rome sub tribꝰ impatoribꝰ militauit. deūde parisiꝰ rediēs baptisat: ꝛ religiosoꝝ numero sociat. Dum autē infideles metuerēt: ne sctōꝝ Rustici ꝛ Eleutherij corpa xpiani sepelirēt: iusserūt vt in secana mergerent. ❡ Matrona autē quedā nobilis vectores ad prādiū inuitauit: ꝛ illis epulātibus sctōꝝ corpa furtiue surripuit: et in agro suo occulte sepeliri fecit. Que postea psecutiōe cessāte ide sustulit: ꝛ corpi bti dionysij honorifice sepauit. Passi sūt sb domiciano āno dñi. xcvj. etatz vo beati dionysij. ꝛc.

Circa annos dñi. dcccxv. tpe ludouici legati michaelis impatoris cōstantinopolitani inter cetera munera detulerūt ludouico filio karoli magni libros dionysij de hierarchia de greco i latinū trāslatos. qui cū gaudio sunt recepti: et xix. infirmi in ipa nocte in ecclesia eius curati.

Cum apud arelatē sctūs regulus epūs missarum solēnia celebraret: apl'oꝝ noibus in canone recitatis adiūxit: ꝛ beatis martyribꝰ tuis dionysio rustico ꝛ eleutherio. Quo dicto cū adhuc dei famulos viuere crederet: plurimū mirari cepit cur eoꝝ noia sic nescīēs in canone ptulisset. ꝛ ecce eidē mirāti tres colūbe apparuerunt sup crucē altaris residētes: que sctōꝝ martyrū noia habebāt suis pectoribus sanguie insignita. Quas diligēter intuēs: sctōs migrasse a corpore intellexit. Circa annū dñi. dcxliij. Dagobertus rex francoꝝ (vt in quadaz habet cronica: qui longe ante Pipinū regnauerat) a sua puericia sanctū dionysiū in magna veneratione habere cepit. Nam ꝛ quando clotarij patris sui iram metuebat: ad ecclesiaz sancti dionysij cōtinuo fugiebat. Cum ergo factus iam rex mortuꝰ fuisset: cuidā sancto viro in visione monstratū est q̄ anima eius ad iudiciuz rapta fuit: ꝛ multi sancti suaꝝ ecclesiaꝝ expoliationē obijciebāt eidē. Cum ergo mali angeli iam ad penas rapere eam vellent: affuit beatus dionysius. ꝛ eius interuētu liberata est ꝛ penā euasit Forte cū eius anima ad corpus redijt ꝛ ibi penitentiā egit. Clodoueꝰ rex corpus sancti dionysij minus religiose discoopiens: os brachij eius fregit ꝛ cupide rapuit. qui mox in amentiam versus est. Et nota q̄ Igmarꝰ epūs remensis dicit in epla quā misit ad karolū. q̄ iste dionysius missus in galliā fuit dionysiꝰ ariopagita: vt supra dictū est. Idē testat Johānes scotꝰ in epistola ad karoluz. Nec forte ratio ex computo temporis cōtradicit sicut aliqui obijcere voluerunt.

Legenda cxlix. A

De sancto Calixto.

## Alixtus papa āno

c domini. ccxxij. sub alexandro impatore martyriū passus est. Cuiꝰ tēporibus pars eminētior vrbis rome diuino est incēdio cōcremata: ꝛ sinistra manus iouis aurea ibi quefacta. Tunc oēs sacerdotes ad alexandruz impatorē venerūt: petentes vt dij irati sacrificiis placarent. Dum ergo offerrēt subito celo sereno mane diei iouis diuino fulmie q̄tuor sacerdotes ydoloꝝ mortui sunt. ꝛ ara iouis pcremata est. ꝛ sol obscuratus est: ita vt populꝰ romanus fugeret extra muros. Audiēs aūt palmacius cōsul q̄ calixtus cū suis clericis transtyberim latitaret: rogauit vt christiani p quos hoc malum cōtigerat ad purgationez ciuitatis penitus delerent. Palmacius itaqꝫ potestate accepta cum illuc cū militibus ꝓperasset: ꝫ illi ꝓtinus excecati fuissent: territꝰ alexandro hoc ꝓtinus nūciauit. Tunc imperator iussit vt die mercurij omnis populus cōueniret ꝛ mercurio imolaret: vt ab eo sup his respōsa acciperet Dō dum fieret virgo quedā templi nomie iuliana arrepta a demone exclamauit. Deus calixti est verus ꝛ viuꝰ deus: qui nostris est pollutionibus indignatus. Dō audiens palmacius transtyberim ad vrbem rauennantiū ad sanctum calixtū accessit: ꝛ cum vxore sua ꝛ familia se ab eo baptisari fecit. Dō audiens imperator eum accersitum simplicio senatori tradidit: vt verbis blandis cum moneret: ex eo q̄ reipublice plurimū necessarius esset. Palmacio vo ieiunijs ꝛ oratiōibus perseuerante: venit ad eum quidam miles: ꝓmittens q̄ si vxo-

rem suam paralitică sanaret cōtinua crederet Cuz ꝯ palmacius oraret illa sanata ad palmacium cucurrit dicens. Baptiza me in noie xpi qui tenuit manū meā z alleuauit me. Tūc calixtus veniens ipsam cum viro suo z simplicio z multis alijs baptizauit. Qō audiens imperator iussit oēs baptizatos decollari. Calixtum vo q̄nq̄ dieb⁹ sine cibo z potu manere fecit. Ille aūt videns eū amplio cōfortari iussit eū dieb⁹ singulis fustigari. Deinde p fenestrā ꝓcipitatū alligatūq̄ saxo in puteū precipitari. Asteri⁹ aūt ꝑsbr corp⁹ ei⁹ de puteo eleuauit. z ipm in cimiterio calipodij sepeliuit.

cl.

De sancto Leonardo.

## Leonard⁹ dicit odor

Ppli. a leos qō est ppls. z nard⁹ qō est herba redolens. q; odore bone fame ppm ad se trahebat. Vel leonard⁹ ꝺr q̄si legēs ardua. Vel leonard⁹ ꝺr a leone. Leo em̄ quatuor habet in se. Primo hz fortitudinē quam fortitudinē vt dicit Isiō. hz in pectore z in capite. Sic btūs leonard⁹ habuit fortitudinem in pectore p mala z cogitationū refrenationez z in capite p infatigabilē supnor ꝓplationez Scōo hz sagacitatē. z hoc in duob⁹. s. in aptōe oculor cū dormit. z in deletione vestigior cū fugit. Sic leonard⁹ vigilauit p laborē actiōis z vigilando dormiuit p q̄tē cōtēplatiōis. z in se deleuit vestigia tori⁹ mundane affectionis. Tertio hz ꝓtuositatē in voce. q; ei⁹ vox tertia die suscitat leunculū natū mortuū z omnē bestiā figere facit gradū. Sic leonardus multos mortuos in pctis suscitauit. z multos bestiales viuentes in opibus bonis fixit. Quarto habz timorē in corde. q; ꝑm Isiō. duo timet. scz strepitum rotar z ignē accensum. Sic leonardus timuit z timendo vitauit strepitū mūdane sollicitudinis. z ideo in desertum fugit. z ignē terrene cupiditatis. z ideo oēs thesauros sibi oblatos cōtempsit.

Beonard⁹ fuisse ꝺr circa annū dñi quingentesimū. Hic a sancto Remigio remensi archiepo de sacro fonte leuat⁹. z ab ipo salutarib⁹ disciplinis instruct⁹ ē. Cuius parentes primi in palacio regis francie habebant Hic tantā grām a rege obtinuit q̄ omnes incarcerati quos ipe visitabat ꝑtin⁹ absoluebant. Cum igit fama sanctitatis eius excresceret. rex multo tpe eum secū manere coegit: donec oportuno tpe ei epatū donaret. Qō ille renuit z solitudinē desiderans relictis oīmbus aurelianū pdicando cū fratre suo liuardo deuenit. Vbi postq̄ in quodā cenobio aliq̄ diu vixerunt. dum liuard⁹ sup rigā ligeris solitari nos manere vellet. z leonardus p spūssancti admonitionē in aq̄tania disponeret pdicare. oscitantes se ab inuicē discesserunt. Leonard⁹ igit ibiq̄ pdicans. multa miracula exercens in q̄dam silua ciuitati lemonice vicina habitauit. vbi erat aula regia cā venatiōis cōstructa. Accidit aūt vt quadā die rex ibi venaret z regina illuc cā delectationis egressa ptu piclitaretur. Cum ergo rex z familia ꝑter regine piclitationem lugerent. z Leonard⁹ p nemus transiret z gemenciū voces audiret pietate cōmot⁹ illuc ꝑrauit. z a rege vocatus ꝑtin⁹ introiuit. Cū igit a rege interrogatus quis esset. z se sci Remigij discipulum fuisse narraret. rex spem bonam ꝓcipiens z a bono magistro ipm bene instructū existimans. ipm ad reginā induxit. rogans vt suis pcibus de recupata cōiuge z edita prole duplex gaudiuz obtineret. Tunc ille oratione fusa qō petebat ꝑtinus impetrauit. Cum aūt rex multa in auro z argento sibi offerret ille ꝑtinus recusauit admonens vt hec paupibus daret dicens. Ego nullis hoꝝ indigeo. sed tantū in aliqua siluaꝝ ꝓtempt̄ huius mūdi diuitijs soli xpo famulari desidero. Cuz aūt rex totū illud nem⁹ sibi tradere vellet. ille ait. Qō totū illō accipio. ꝙ q̄ntū nocte cū meo asello circuire potero tantū mihi cōcedi exopto. Qō rex libentissime adimpleuit. Constructo itaq̄ ibidem monasterio. ibi diu cū adiunctis sibi duobus monachis in abstinētia multa degebat Cum aūt aqua vno ab eis miliario distaret puteum ibidē siccū penit⁹ fodi iussit. quē aqua orationib⁹ suis impleuit. Locū autē illum nobiliacū appellauit. eo q̄ a rege nobili traditus sibi fuisset. Ibi tantis miraculis choruscauit. q̄ q̄cunq̄ eius nomē in carcere inuocasset. mox ruptis vinculis nullo ꝓtradicente liber abiret z suas eidē cathenas vel cōpedes presentaret. Horum plures secuz manebant. et ibidem domino seruiebant. Septem quoq̄ familie de eius nobili stirpe venditis omnibus ad eū venerūt z distributo singulis nemore ibi cū ipo manentes exemplo suo plurimos attraxerunt. Deniq̄ sanctus vir Leonardus multis clarus virtutibus octauo idus nouembris ad dñm migrauit. Vbi postq̄ multa fecisset miracula. clericis illius eccl̄ie est reuelatum. vt quia locus ille ꝑter multitudinis frequentiam artus erat. alibi ecclesiā fabricarent z illuc corpus sancti Leonardi honorifice trās portarent. At illi cum populo triduano ieunio z orationi insistentes respicientes viderūt totam ꝓuinciam niue cooperiam. locum aūt illum in quo sanctus Leonard⁹ quiescere volebat omnino vacuum conspexerunt. Ibi itaq̄ translatus quanta miracula precipue circa

incarceratos dominus p eum faciat. Immensi ferri varietas ante ei⁹ tumulū dependentis testis existit. Vicecomes lemonicensiū ad terrorem maloꝝ quandā grauissimā cathenā fecerat. quā in cippo sue turris affigi mandauerat. qua cathena q̄cunq; collo cingebat cuilibet aeris intemperiei exposit⁹. nō vna sed quasi mille mortib⁹ angebatur. Accidit autem vt q̄dam Filius sancti Leonardi illa cathena sine culpa ligaret. Qui cū fere vltimū spūm efflaret intra se quo potuit toto sanctuz Leonardū affectu rogauit. vt q̄ alios liberaret sibi q̄si seruo suo subueniret. Statimq; sctūs leonardus in veste candida sibi apparens dixit. Noli timere. quia non morieris. Surge ꝛ hanc cathenam tecū ad eccl̄iaz meā deferas Sequere me q̄ ego p̄cedam te. Qui cōsurgens ꝛ cathenaz accipiens sanctum Leonardū p̄cedentem vsq; ad eccl̄iaz suā secutus est. Statimq; vt añ fores fuit. sanctus Leonard⁹ ip̄m dimisit. ꝛ eccl̄iam intrans q̄ sanctus leonardus sibi fecerat: omnibus enarrauit ꝛ cathenā illam tam maximā ante tumulū eius suspendit. Vir quidaz in loco sancti Leonardi nobilia cohabitās. et eidem sancto valde fidelis existens. a quodā tyranno captus est. Qui tyrannus intra se cogitans dicebat Leonard⁹ iste oēs cōpeditos absoluit. ꝛ oīs vis ferri ante eum velut cera ante ignem liquescit. Si hunc igit̄ vinculis liga uero ꝓtinus Leonardus aderit ꝛ ip̄m liberabit. Si autem ip̄m custodire possem mille solidis ip̄m redimi facerem. Scio igit̄ q̄d faciam. In turre mea ꝓfundam foueam faciā ꝛ hominē hunc cōpedib⁹ aggrauatū ibidem submergam. deinde sup os fouee ligneam archaz cōstruā in qua armatos milites accubare faciaz. Licet em̄ Leonardus ferrū cōfringat. tm̄ nondum sub terrā intrauit. Nō cū totū vt cogitauerat cōpleuisset. ꝛ ille homo sanctum Leonarduz sepius acclamaret. Leonardus nocte veniens archaz in qua iacebant milites reuoluit ꝛ tanq; mortuos in sepulcro ita eos sub ip̄a cluſit. Deinde cum multa luce foueā ingressus. manū fidelis sui tenuit ac dixit. Dormis an vigilas. Ecce leonard⁹ quē tu desideras. At ille admirans ait. Dñe adiuua me. Confestim cōfractis cathenis apprehensum ꝓpr̄ijs vlnis extra turrim portauit. Deinde secum sic̄ amicus cum amico cōfabulans vsq; ad locū suū ꝛ domū ip̄m deduxit. ❡ Peregrin⁹ q̄dā cū a visitatiōe sancti Leonardi rediisset. ꝛ in auernia captus. in cauea inclusus esset. eos p̄imuz deꝓcabat vt amore sancti leonardi cum nihil vnq; eos offendisset. eū relaxare deberēt. Qui responderūt q̄ nisi se copiose redimēt nō exiret. Et ille. Sit inter vos ꝛ sanctum Leonardū cui me sciatis recōmendatū Seq̄nti igitur nocte sanctus Leonardus dño illius castri apparuit ꝛ vt peregrinū suum dimitteret imperauit Ille vo mane euigilans ꝛ visionē q̄si somniū parupendens nullaten⁹ dimittere voluit. Altera nocte eadem imperans sibi apparuit. Sz ille iterū obedire cōtempsit. Tertia vo nocte sanctus Leonardus pegrinum accipiens extra oppidū deduxit. statimq; turris cuz media pte castri corruens oppressis plurib⁹ soluz p̄n cipem ad sui cōfusionē fractis cruribus reseruauit. Miles q̄dam in britannia incarceratus sanctū leonardū inuocabat. q̄ statim cunctis videntib⁹ ꝛ cognoscentib⁹ ꝛ stupentib⁹ in media domo apparuit. ꝛ carcerē intrans ꝛ vincula frangens hoi cathenas in manibus posuit ꝛ p medium illoꝝ deducens oīs stupore p terruit. Fuit ꝛ alius leonardus eiusdem professionis ꝛ vtutis. cuius corpus apud corbiacum req̄scit. Hic cum in monasterio esset p̄latus. tanta se humilitate deiiciebat vt omnibus inferior videbat. Sed cū ois pene pplus ad eum confluer̄et. q̄dam inuidi regi clotario suaserunt q̄ nisi puideret. p leonardū q̄ multos sub obtentu religionis colligebat regnum francie detrimētū nō modicū sustineret. Quibus rex nimis credulus euz expelli iussit. Venientes autem milites adeo eius vbis cōpuncti sunt. q̄ se suos futuros discipulos spoponderunt. Rex quoq; penitens veniam petijt. et detractores rebus ꝛ honoribus priuauit. ꝛ sanctum leonardū valde dilexit. ꝛ vir ad preces sc̄i detractores dignitati p̄stine restituit. Qui a deo sic̄ impetrauit vt q̄cunq; in carcere tenerent mox inuocato suo noie soluerent. Dum aūt quadā die orationi incumberet serpens q̄dam maxim⁹ a pte pedū vsq; in eius sinū tetendit. Qui ꝓpter hoc nullatenus ab oratione surrexit. Cōpleta vo oratiōe dixit ei. Scio q̄a ab initio creationis tue hoies q̄ntum p̄uales inquietas. ꝛ nunc si in me tibi tradita est ptās. fac in me quicquid merui Quo dicto serpens p capuciū exiliens ad pedes eius mortu⁹ corruit. Post hoc autē cum duos epos discordātes sedasset in crastinū se finiendum p̄dixit. circa annos dñi. dlxx.

clj A

De sancto Luca euangelista.

**Beas interp̄tat̄ ip-**

l se consurgens vel elevans. Vel dicit lucas a luce. Ipse em̄ fuit cōsurgens ab amore mundi. elevans se in amorem dei. Fuit etiā lux mūdi. eo q̄ mūdū illūinauit, vniuersum. Mat. v. Vos est̄ lux mūdi. Lux aūt mūdi est ipe sol. q̄ q̄dē lux hz in situ sublimita-

tatē. Eccli. xxvj. Sol oriēs mūdo in altissimis dei. In aspectu delectabilitatē. Eccls. xj. Dulce lumē ⁊ delectabile est oculis videre solē. In motu velocitatē. ij. Hesd. iiij. Magna ē terra: ⁊ excelsum ē celū: ⁊ velox cursus solis. In effectu vtilitatē. qz sm phm hō generat hoiez ⁊ sol Sic lucas habuit sublimitatē p celestiū ptemplationē. delectabilitatē p dulcē psuersationez. velocitatē p feruentē pdicationē. vtilitatem p doctrine sue pscriptionē. B

Beas syrus natōe: antiochicen⁹ arte medicus fuit sm quosdā: vn⁹ de. lxxij. dñi discipulis. Sane cuz Hieronym⁹ dicat eū fuisse discipulū apl̄oz: non dñi. ⁊ glo. sup. xxv. Exod. notet q dño pdicāti nō adhesit ꝫ post resurrectionē ei⁹ ad fidē venit. Magz tenendū est q non fuerit vn⁹ de. lxxij. licz aliq̄ sic fuerint opinati. Qui tāte fuit pfectōis ⁊ vite vt optime ordinat⁹ fuerit q̄tū ad deū ⁊ q̄tū ad pximū: ⁊ q̄tū ad seipm ⁊ q̄tū ad suū officiū. Et in signū hui⁹ q̄druplicis ordinatōis q̄ttuoz facies hīe describit. s. faciez hois ⁊ leonis: bouis ⁊ aq̄le. Quodlibet em̄ de aialib⁹ habebat q̄ttuoz facies ⁊ q̄ttuoz pēnas. vt dī Ezech. j. Et vt ꝫ meli⁹ videat: imaginemur aliqō aial qō habeat caput q̄dratū vt lignū q̄dratū. ⁊ in qualibet supficie imaginemur vnā faciē. a pte anteriori faciē hois. a dextris faciē leonis. a sinistris faciem vituli. a pte posteriori faciē aq̄le. Quia vo facies aquile sup alias emiebat ꝓpter colli. pductionē qō in ea longū est. ideo dī qō erat desup Quodlibet etiā hoz q̄ttuoz pēnas habebat. qz cū quodlibet aial q̄si q̄dratū imaginemur: ⁊ in q̄drato sint q̄ttuoz anguli: ⁊ in quolibet angulo erat vna pēna. Per ista q̄ttuoz aialia sm sāctos q̄ttuoz euāgeliste significant. quoz licz q̄libet habuerit q̄ttuoz facies scribēdo. s. de hūanitate. passiōe. resurrectōe. ⁊ diuinitate. singule tñ singulis p quādam appropriationē attribuūtur sm Hiero. Matheus in hoie figurat. qz pncipaliter circa xp̄i humanitatē imoratur. Lucas in vitulo: agēs de xp̄i sacerdotio. Marcus in leone: euidētius scribens de resurrectione. catuli em̄ leonū vt dicūt vsq̄ in tertiū diez q̄si mortui iacēt: ꝫ rugitu leonis die tertio excitant. Itē qz incepit a rugitu pdicatōis. Johes in aquila: ceteris altius volans scribēs de christi diuinitate. Xp̄us etiā de quo scribūt oia ista q̄ttuoz fuit. s. hō nat⁹ de virgine. vitul⁹ in passione. leo in resurrectōe. aquila in ascēsione. Per has igit̄ q̄ttuoz facies quib⁹ designat⁹ est lucas sicut quilibet ali⁹ euāgelista: ostēdit q̄liter illis q̄ttuoz mopis fuerit ordinat⁹. Nam p faciē hominis oñdit q recte fuerit ordinatus q̄tum ad pximū quē debet rōe instruere. māsuetudine attrahere. ⁊ liberrate fouere. Homo em̄ ē aial rōnale māsuetū ⁊ liberale. Per faciē aq̄le ostēditur q recte fuerit ordinat⁹ q̄tū ad deū. qz i eo oculus intellect⁹ ꝓtuet deū p cōtemplationez. rostrū affect⁹ ad ipm exacuit̄ p meditationē. senect⁹ effect⁹ abijcit̄ p nouā psuersationē. Aquila em̄ acuti lumis est vt rotā solis irreuerberatis oculis aspiciat ⁊ in altum mirabiliter eleuata piscīculos in medio maris videat. Rostruz etiam nimis aduncatum: ne impediat in cibo capiēdo petre allidit. ⁊ sic vsui cibādi abile efficit. Exusta insup a caloze solis ⁊ in fontem magno impetu se pijciēs senectutē abijcit: caloze solis oculoz caliginē cōsumēte ⁊ pēnas alleuiante. Per faciē leonis oñdit q recte fuerit ordinat⁹ q̄tuz ad se. qz habuit generositatē p honestā moz psuersationē. sagacitatē p insidiarū hostiliū vitationē. ⁊ passibilitatē p afflictoz cōpassionē. Leo em̄ est aial generosuz: qz rex aialiū. est sagax: qz vestigia cauda delet cum fugit ne inueniat. passibile: qz quartanā patit. Per faciem vituli siue bouis oñdit q recte fuerit ordinatus q̄tuz ad suū officiū: qō fuit scribere euāgeliū. Ibi em̄ morose ꝓcessit. qz incepit a natiuitate ꝓcursoris ⁊ natiuitate ⁊ infātia xp̄i. ⁊ sic paulatim ꝓcessit vsq̄ ad vltimā cōsummatōez Discrete icepit. qz post alios duos euāgelistas vt qō illi omisissent iste suppleret: ⁊ qō sufficiēter dixissent omitteret. Circa tēplū ⁊ sacrificiū imoratus fuit. qō ptz in principio: in medio: et in fine. Bos em̄ aial est morosū. in vngulis fissum: p qō intelligit discretio imolātiū. C

Dex q̄r brūs lucas i pdictis q̄ttuoz modis ordinatus fuerit melius oñdit: si forte eius series melius indaget. Primo igit̄ ordinatus fuit q̄tuz ad deū. Tripl̄ autē ordinat hō q̄tuz ad deū sm btm̄ Bern̄. s. affectōe. cogitatōe. ⁊ intentōe. Affectio debz eē sancta. cogitatio munda. ⁊ intētio recta. Affectionē igit̄ sanctā habuit. qz spūsancto plen⁹ fuit. Hiero. in plogo sup lucā. Obijt inquit in bithinia plen⁹ spūsancto. Secūdo habuit cogitationē mundā. qz fuit virgo coꝛpe ⁊ mēte: in quo notat mūdicia cogitationis ipsi⁹. Tertio habuit intētionē rectaz. qz in oibus q̄ faciebat honorē dñi q̄rebat. De his duob⁹ vltimis dī in plogo sup Actus apostoloz. Sine crimīe in virginitate pmanēs: B q̄tū ad mundiciā cogitatiōis. Dño maluit fuire. i. ad honorē dñi: hoc q̄tū ad rectitudinē intētionis. Secūdo fuit ordinatus q̄tuz ad pximū Ad pximū autē ordinamur cuz ei impēdim⁹ qō debem⁹. Tria autē sm Rich. de scto victore sunt q̄ primo debem⁹. s. nostrū posse. nostrū nosse. nostrū velle. ⁊ vt quartū addat nostrum agere. nostrū posse in subsidijs. nostr̄ nosse in cōsilijs. nostrū velle i desideriis. nostrū agē in obsequijs. Q̄rum ad hec quattuoz ordinat⁹ fu

it sanctus lucas. Dedit em primo primo posse suū in subsidijs. qō ptz ex hoc q paulo in oibus tribulatiōibus semp adhesit: z ab eo nunq̄ discedēs eidē in p̄dicationis subsidiū fuit. ij Thimo. iiij. Lucas ē mecū solus. In hoc q dicit mecū. s. tanq̄ adiutor z defensor: notat qualiē sibi subsidia p̄stitit. In hoc q dicit sol⁹: notatur q cōstāter eidē adhesit. Item. xj. Cor. viij dicit de luca. Non solum autē ꝙ z ordinat⁹ est ab ecc'ijs socius pegrinatiōis nostre. Secūdo suū nosse in cōsilijs. Tūc em suū nosse primo tribuit cum doctrinaz apostolicā z euangelicā quam ipe nouerat ad vtilitatē primo⁹ cōscripsit. De hoc ipe sibi testimoniū phibet in prologo suo dicēs. Visum ē z mihi assecuto a p̄ncipio diligēter ex ordine tibi scribē optime theophile: vt agnoscas eo⁹ verboꝝ de quibus es eruditus veritatē. Qualr etiam p̄buit suū nosse in cōsilijs: ptz ex illo verbo qō dicit Hiero. in p̄logo. qa eius verba anime languētis sunt medicina. Tertio ei⁹ velle in desideriis. qō ptz ex hoc q eis salutē eternaz desiderauit. Colos. iiij. Salutat vos lucas medicus. i. salutez eternam exoptat. Quarto eius agere in obsequijs. quod patet ex hoc q dīm quē ad aliquē peregrinū extimabat hospitio recepit: z ei omne obsequiū charitatis exhibuit. Fuit em socius cleophe dū ibat in emaus: sicut aliqui dixerūt. ꝑut refert Grego. in mozal. licz Ambrosi⁹ dicat aliū fuisse cui⁹ etiam nomen ponit. D

Tertio fuit bñ ordinar⁹ q̄tuz ad seip̄m. Tria autē sunt scōm Heron. q̄ optime ordināt homines ad seip̄m z scīm faciūt. s. vici⁹ sobrius. act⁹ iust⁹. sensus pius. Et quodlibet horū fm ip̄m Heron. in tria diuidit. Victus inq̄t sobrius erit si cōtinēter. si socialit. si hūilit vixerim⁹. Actus iustus erit si fuerit rect⁹. discretus. fructuosus. Rectus p bonam intētionē. discretus p moderationē. fructuosus p edificationē. Sensus pius erit si fides nostra sentit deū summe potentem. summe sapientē. summe bonū. vt p ei⁹ potentiam nostrā credamus iuuari infirmitatez. p eius sapiētiaz nostrā credamus corrigi ignorantiam. p eius bonitatē nostram credam⁹ diluī iniquitatē. Hec Heron. In his omnib⁹ beatus lucas fuit optime ordinatus. Primo enim habuit victum sobriuz. z hoc tripliciter. Quia vixit cōtinēter. Nā vt testat Hiero. de eo in p̄logo sup lucam. Ipse nec vxorem vnq̄ habuit nec filios. Secūdo socialr. hoc notatur in hoc qō dicit de ip̄o z de cleopha: suppositā opinione p̄dicta Luc. vlti. Duo ex discip'lis Jesu ibāt ip̄a die ꝛc. Socialitas em notat in hoc q dicitur duo. z in hoc q dicitur discipuli quasi discipinati. i. bñ morigerati. Tertio humiliter. cui⁹ humilitas insinuat in hoc q nomē socij sui. s. cleophe exp̄ssit z suū tacuit. Naz scōm opinionē quoꝝūdam lucas ex humilitate nomē suum siluit. Secūdo habuit actum iustū: qui quidem actus fuit rectus p intētionē. hoc notat in oratione cum dicit. Qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore p̄o tui nominis amore portauit. Discretus p moderationem. vnde in forma bonis mōstratus est qui vngulaz findit q qō virtus discretiōis exprimit. Fructuosus p edificationē. Adeo quippe fuit p̄mis fructuosus q ab omnibus charissimus habebat. Vñ Colos. iiij. vocat ab apostolo charissim⁹. Salutat inquit vos lucas medic⁹ charissim⁹. Tertio habuit sensuz pium. quia credidit: z in suo euāgelio p̄fessus est deum esse summe potentē. summe sapientē. summe bonū. De duobus p̄mis dicit in. iiij. c. Stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat sermo ipsi⁹. De tertio patz. xviij. cap̄. Nemo bonus nisi sol⁹ deus. Quarto z vltimo fuit optime ordinatus q̄tum ad suū officium: qō fuit scribere euangelium. In hoc autē patz qualr ibi fuerit ordinatus: quoniā ipsum suū euangeliū fulcit multa veritate. replet multa vtilitate. decorat multa venustate. z autēticatur multo⁹ autoritate.

Primo nāq̄ fulcitur multa veritate. Est autem triplex veritas. scz vite. iusticie. z doctrine. Veritas vite est adequatio manus ad linguā Veritas iusticie est adequatio sentētie ad causam. Veritas doctrine est adequatio rei ad intellectū. Hac triplici veritate ip̄m euangeliuz fulcitur. quia in ip̄o euāgelio hec triplex veritas edocetur. Ostēdit em lucas et christū hanc triplicem veritatē in se habuisse z alios docuisse. Ostēdit autē x̄p̄m hanc triplicē veritatē in se habuisse p testimoniū aduersario⁹: sicut ptz Luc. xx. Magister scim⁹ quia recte dicis z doces. ecce veritas doctrine. Et non accipis p̄sonam. ecce veritas iusticie. Sz in veritate viam dei doces. ecce veritas vite. Bona em vita dicitur via dei. Secūdo ostēdit in ip̄o suo euāgelio x̄p̄m hanc triplicem veritatē docuisse. Primo em ibidē docetur veritas vite: q̄ consistit in obseruatōe mandato⁹ dei. vñ dicit. x. cap̄. Diliges dominū deum tuū ꝛc. hoc fac z vives. Item xviij. interrogauit eum quidā. Magister: quid faciendo vitam eternā possidebo. Et sequitur. Mandata nosti. non occides ꝛc. Secundo veritas doctrine. vñ quibusdaz hanc veritatē doctrine puertentibus dicebat. xj. cap̄. Ve vobis pharisei qui decimatis. i. decimāda p̄dicatis: mentā rutam z omne holus. z p̄teritis iudicium z charitatē dei ꝛc. Item ibidez. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauē sciētie ꝛc. Tertio veritas iusticie. vñ dicit. xx. cap̄. Reddite ergo que cesaris sunt cesari: z que sunt dei deo. Item

uideret.z oibus ordinate locaꝛ.ipsa succincta transiēs mīstraret posita ē lex vt quis in alioꝝ pauperꝝ pīndiciū locū mutaret. vt itez accipe ret.capilloꝝ suoꝝ detrūcationē aliquā sustine ret.Et ecce q̄dā puella noīe radegūdis q̄ mira capilloꝝ pulcritudine pollebat inde transitura aduenit.nō ad eccl̄yā.ꝫ vt q̄ndā sororē suaz infirmā visitaret.Que cū tanc̄ legis ꝓuaricatrix.ad.b.elisa.adducta fuisset.eius capillos ꝓtin⁹ detrūcari mādauit. ipa flēte z pl̄imū reluctante. Cū vo q̄dā de astātib⁹ eā innocentem assereret.illa ait. Saltē de cetero nō poterit cū tāta capilloꝝ ambitōne ad choreas accedē nec cū illis vanitates aliq̄s exercē. Interrogata vo puella a.b.elisa.vtꝝ aliq̄n salubris vite ꝓpositū ꝓcepisset.Rūdit q̄ iam diu habitum religionis assumpsisset.nisi tanta fuisset i ea dilectō in capillis.Et illa. Cari⁹ est mihi q̄ capillos p dideris c̄ꝫ si fili⁹ me⁹ fuisset in impiū sblimat⁹. Cōtinuo igit puella habitū religionis induit. z in hospitali cū btā elisabeth degēs laudabilem vitam duxit. Cū q̄dam paupcula filiam peperisset. btā elisabeth filiā de sacro fonte leuauit.z nomen suū.s.elisabeth eidez imposuit z matri necessaria mīstrauit. ita vt de pellicio ancille sue manicas auferens ad inuoluendā puellam sibi tribueret.z cal ceos ꝓprios eidez donaret. Post tres aūt septimanas mulier dimissa puella latenter cū viro suo aufugit.Qō cū sancte elisa.nūciatum fuisset in oīonē se dedit.z vir z mulier vltra progredi non valentes ad ipam coacti redierūt.ab ea veniam postulātes.Quos vt iustum erat de ingratitudine redarguens eis puellam nutriendam tradidit. z de necessarijs eis ꝓuidit. R Appropinquante vo tempe quo dn̄s dilectam suam de mūdi ergastulo vocare dispouit vt q̄ contemperat regnū mortalitū regnū perciperet angeloꝝ.xp̄s sibi apparuit dī. Veni dilecta mea in prepata tibi eterna tabernacula. Dum igit febre correpta decūberet. z ad pietem faciē vsaz teneret.audita est a circūstantibus dulcissimā ꝓmere melodiā.Que cū ab vna ancillaꝝ q̄dā hoc esset percūcrata fuisset. Illa rūdit.Auicula q̄dam inter me et parietem se ponēs tam suauiter cecinit. q̄ me ad canendū similiter ꝓuocauit. In ipa aūt sui egritudine semper hylaris extitit.z nūc̄ ab oīone cessauit. Vltima vo die añ eius transitū dixit eis.Quid acturi essetis si diabolus ad vos ueniret. Post paululū vo alta voce quasi diabolū licentians. fuge tribus vicibus exclamauit.deinō dixit.Ecce appropinq̄t nox in q̄ xp̄s nasci voluit et in psepio requieuit. Appropinquante vo hora sui transit⁹ ait. Iam tp̄s instat in quo oipotēs de⁹ eos q̄ amici sui sunt ad celestes nuptias euocauit. Post paululū vo anno dn̄i. M. ccxxvj.ad extremā horā veniēs dormiuit i pace. Licet aūt eius venerabile corpus inhumatum quatuor diebus iacuerit. nullus tamē fetor ex eo ꝓdibat.ꝫ quidam odor aromaticus cūctos reficiēs exalabat.Tūc autem vise sunt auicule multe sup cacumē ecclesie cōgregate quas nūq̄ aliq̄s ꝓius viderat.q̄ tā suauli modulatione cantabant.z tanta varietate modos cantandi formabant vt cūctos in admiratiōez adducerēt.eo q̄ eius exeq̄as quodāmō agere viderētur. Mult⁹ aūt ibi fuit clamor pauperū.mīta deuotio pp̄or.ita vt alij capillos capitis detrūcarent.alij particulas pannoꝝ incuderēt.z hec ꝓ summis reliquijs reſuarēt.Et⁹ aūt corp⁹ in monumēto ē positū qō postmodū redūdare oleo ē reptū. Manifestū ē igit in transitu ei⁹ q̄nte ipa.b.elisa. fuerit sanctitatis.z hoc q̄ ad auicule modulatōnem z demonis expulsionē. Illā em̄ auiculā q̄ inē ipam et parietē se posuit z tamdulcit cecinit q̄ ēt ipaz ad cantādū induxit credimus fuisse ei⁹ āgelū q̄ fuerat ad ei⁹ custodiā deputat⁹. q̄ eidē eknū gaudiū nūciauit. Sicut em̄ reprobis interdū añ suū transitū renelatur eterna sui damnatio ad maiorē sui ꝓfusionē.sic electis iterdū renelat eēna sui saluatio ad maiorē sui ꝓsolationē. Ille aūt cantus quē ipa ꝓtulit fuit imensum gaudiū qō ex tali renelatōne cōcepit. qō q̄dez tamimēsum extitit q̄ i corde totaꝝ capi nō potuit.ꝫ se ꝓ suauitatis vocē manifestauit. Diabol⁹ insup si forte aliq̄ō ius hēat ad scr̄os etiā morientes accedit.Sz qz in.b.elisa.nil iuris habuit.iō turpit licētiat⁹ aufugit. Per ꝟ igit intelligi dat q̄nte fuerit scitatis a q̄ et diabolus krit⁹ fugit.z cui angel⁹ eknū gaudiū nūciauit. Manifestū ē scdo q̄nte fuerit mūdicie z puritatis.z hoc q̄ ad odoris exalatōem. Quia em̄ corp⁹ ei⁹ oīni mūdicia z castitate i vita nituit iō i morte odoris suauitate fragrauit. Manifestū ē tercio q̄nte fuerit excellētie z dignitatis.z ꝟ q̄ ad auiū iubilatōnem. Illas em̄ aues q̄ i cacumie eccie iubilātes z cātātes apparuerūt.credim⁹ fuisse āgelos.q̄ a deo missi fuerūt vt ei⁹ aiam in celū deferrēt.z ei⁹ corpus celestib⁹ iubilatōnib⁹ honorarent. Sic em̄ ad reprobos morientes mītitudo cōuenit demoniū vt eos krorib⁹ cruciēt z eoꝝ aias ad tartara raptāt.sic ad electos decedētes multitudo confluit āgeloꝝ vt eos cōfortēt z eoꝝ aias ad celestia regna ꝓducāt. Manifestū est q̄rto q̄nte fuerit mie z pietatis. et hoc quo ad olei emanationē.De ei⁹ em̄ corpe oleū emanauit quia in vita misc̄ie operibus tota redundauit. ꝟ q̄ntis pietatis visceribus ei⁹ nūc affluit spirit⁹ cui⁹ ꝓfundi oleo inuētū ē i puluere iacēs cor-

pius. Manifestū ē q̄nto q̄nte sit apūd deum ptātis ⁊ meriti. ⁊ hoc multiplici miraculoꝝ opatione. Postq̄ enī de corpe trāsijt deus eaz mltiplici miraculoꝝ gl̄ia illustrauit. q̄z quedā inferius sunt posita. multa vo breuitatis grā itermissa. ¶ In ptib⁹ siq̄dē saxonie i mōasterio q̄dam bildeñ. dioce. monach⁹ q̄dam ordinis cister. heinricus noie. tāta fuit infirmitate depssus. ⁊ g̃uib⁹ doloꝝib⁹ circūdatus vt oēs ad cōpassionē induceret. ⁊ clamoꝝibus inq̄etaret. Quadā igit nocte apparuit sibi q̄dam venerabilis dña vestib⁹ albis amicta q̄ eū admonuit. vt si sanitatē recipe cupet. b. Elisabeth se devoueret. Seq̄nti nocte silr̄ pſuadēs apparuit. Ille aūt cū abbas ⁊ p̄ior deessent de psilio supioris votū emisit. Tercia nocte eidē apparens signū crucis sup eū edidit. ⁊ ille continuo sanitatē recepit. Cū autē abbas ⁊ p̄ior redeūtes hec audissent mirari q̄dem de eius sanitate ceperūt. ſ̄ de voti adimpletōe plurimuz dubitarunt. cū nulli monacho liceat aliq̄ vota emittere. nec se ad talia obligare. Adiecit quoq̄ p̄or mōachos sepe ad hmōi illicita sub specie boni demonū apparitōne deludi. ⁊ iō esset illi monacho consulēdū vt mentē suā instabilem cōfessione firmaret. Seq̄nti igit nocte eadem pſona q̄ pus sibi apparēs dixit. Infirm⁹ sp eris donec ipleas q̄ vouisti. Stati q̄ eadez infirmitas ip̄m arripuit. ⁊ eisdē doloꝝib⁹ torq̄ri cepit. Q̄ cū abbas audisset ip̄m statim licē ciauit. ⁊ cerā p imagine faciēda dari p̄cepit. Qui mox sanitate recepta votū suū adimplere studuit. ⁊ illius ifirmitatis nihil postmodū passus fuit. Puella q̄daz noie benigna magūtiñ. dioce. cū ab ancilla potuz petisset. illa cōmota potum porrexit dicens. Accipe ⁊ dia bolū bibe. Visumq̄ ē puelle vt ardens ticio p eius gutt̄ descēderet. adeo vt se in collo pati clamaret. Continuo igitur venter eius instar vtris intumuit. ⁊ q̄ddā in ei⁹ vētre p singl̄a mēbza discurrere visum ē. Illa vo gemit⁹ misera biles facies ⁊ voces insanas emittēs obsessa a demone fore credebat. In statu vo tali p bienniū māsit. deducta igitur ad tumulū. s. elisa. ⁊ ibidem p ea voto emisso dum sup tumbā posita fuisset. velut exanimis ibidem apparuit. ſ̄ dū modicū panis ad manducandū ⁊ aquam bñdictam ad bibendū sup eandē tumbā eidez obtulissent mox cūctis stupētib⁹ ⁊ mirantib⁹ sanata surrexit. Vir q̄dā de dioc. traiectenſ gedericus noie. cū in vna manu ꝑtus ei⁹ vsuz penitus amisisset. ⁊ sepulcrum. b. elisa. bis visitans curatōem mīme recepisset. tercio illuc cū vxore sua cū mlta devotōe accessit. Quo dum tenderet senē q̄ndam reuerendi aspectus habuit obuiū. q̄ ab eo salutatus. ⁊ vñ veniſſet req̄ siuit. dixit se de marburck vbi corpus. s. elisa. recēsci venire vbi deus multa miracula opat. Cū aūt vir suā infirmitatē exposuisset eidez ille manu eleuata euz bñdixit dī. Securus pge. q̄ sanitatē recipies. dūmō manū infirmam ad caput sepulcri in q̄dā fouea ibi facta sub lapide miseris. Quā quāto ꝓfundius immiseris. tanto citi⁹ sanitatē obtinebis. Tūc aūt. s. Nicolaū in memoria habeas q̄. s. elisa. tanq̄ comes ⁊ socius in suis miraculis coopat ibidē. Adiecit etiā stultos eē q̄ ꝓlectis oblatōnibus statim discedūt cū sanctis placeat vt cū pseuerātia eoꝝ suffragia postulentur. Moxq̄ senex ab eis disparuit. nec vltra ip̄m videre potuer̄t Sup q̄ p̄imū admirati pgebāt plene sanitatē recupande fiduciā obtinentes. Vir igit iuxta senis cōsiliū manum sub lapide monumenti posuit. ⁊ ip̄am cōtinuo retraxit oīno sanatam

Quidā de dioc. coloniēſi Hermann⁹ noie. dū in carcere a iudice teneret. ad deū se totalit cōtulit. ⁊. b. elisa. ⁊ magistrū conradū in sui ad iuoꝝiū devotōe q̄ poterat inuocabat. Seq̄nti aūt nocte ābo insil cū mlto lumīe sibi apparuerūt. mltipl̄r eū cōsolantes. Tādē smia i eū data suspēdit. ⁊ ad spaciū vni⁹ miliaris theutunici in patibulo detinet. Judex aūt p̄cessit parētibus vt ip̄m deponerēt ⁊ in tumlo sepelirent. Preparata igit fouea cū esset depositus p̄. ⁊ patruus ceperūt p mortuo. b. elisa. patrocinia invocare. Et ecce mirātib⁹ ⁊ stupentib⁹ vniuersis q̄ fuerat mortu⁹ surrexit viu⁹. Scolaris q̄dā de dioce. magūt. Quitard⁹ noie. dū piscationi min⁹ cautus insisteret i flumē lapsus cecidit. Magno āt tp̄is spacio interiecto. dū ei⁹ corp⁹ esset extractū. adeo sine sensu ⁊ motu rigidū ē reptū. q̄ nullo i eo signo vite inuento. vere mortu⁹ ab oib⁹ ē iudicatus. Tūc. b. elisa. implorant merita. ⁊ cunctis videntibus ⁊ admirātib⁹ sibi restituit salus ⁊ vita. ¶ Juuenis q̄dam tres annos ⁊ dimidiū habens de dioce. magūtiñ. bugolin⁹ noie. dū spūm emisisset ⁊ corpus ei⁹ p spaciū quatuoꝝ miliarioꝝ theutunicoꝝ rigidum ⁊ exanime tacuisset mater ad inuocandā sanctā elisa. tota devotione se contulit ⁊ puerū viuū ⁊ sanū recepit. Puer q̄dam q̄tuoꝝ annoꝝ dū in puteū cecidisset. casu q̄dam veniēs aquā haurire aīaduertit puerū submersum intus iacere. Quē postq̄ cum difficultate extraxit. ip̄m mortuuz deph̄endit. Cui⁹ q̄dē mort̄ erāt indicia. tp̄is diuturnitas corpis rigiditas. oris ⁊ oculoꝝ horribilis aptio denūtio cutis. ventris inflatio. ⁊ oīmoda sensus ⁊ motus p̄uatio. Pro ipo igit suscitando ad. b. elisabeth votum emittit. ⁊ continuo vite pristine restauratur. Quedā etiā puella i flumine submersa dū fuisset extracta beate elisa-

beth meritis ꝓtin⁹ est vite restituta. Vir q̄dam noie Fridericus de dioce. magūti. i arte natādi valde peritus. dū sein q̄dā aq̄ balnearet ⁊ pauperem q̄ndā p btām elisabeth illuminatū ueridens in eius facie aquā ꝓrēptibiliter spargeret. ille ꝓuocatus dixit. Dña illa sancta que mihi gr̄az p̄stitit. de te me vindicet. ita vt hinc non exeas nisi mortuus ⁊ submersus. Ille autem ipcatione pauperis parui pēdens ⁊ in aquā lasciue se immittēs. virib⁹ penitus destituitur se iuuare non potuit. ꝫ i ꝓfundū q̄si lapis descēdit. P⁹ mltū vo tpis req̄sit⁹. de aq̄ mortu⁹ ē delatus. Cūq magn⁹ planct⁹ fieret super eū q̄dā ei⁹ ꝓpinq̄ ceperūt p eo ad. b. elisabeth vo tū facere. ⁊ ei⁹ suffragia deuotissime implorare. Statimq igit in eū spūs redijt. ⁊ viuus ⁊ sanus surrexit. Quidā noie iobes ō dioc. magunt. cū q̄dā fure innocēter depheūsus ⁊ suspēdio cū ipo adiudicatus cunctos rogauit. vt. b. elisabeth orarēt q ꝑm merita sua iuuaret. Cuz ergo eēt suspēsus. audiuit vocē sup se dicentē. Confide in. s. elisabeth fiduciā habe. ⁊ liberaberis. Statimq alio remanente ipo fune fracto de loco alto grauissime cecidit. nullam tū lesionem incurrit. lz noua q̄ indutus erat camisia rūpet. Qui exhilaratus ait. scta Elisabeth tu me liberasti. ⁊ in stratū molle me cadē fecisti. cū em̄ aliq̄ dicerent ipm iterū suspēdēdū iudex ait. Quē de⁹ libauit. denuo suspēdi ñ ꝓmittā.

Cōuersus q̄dā fuit i q̄dā monasterio dioce. magūt. volemar⁹ noie admoduz religiosus. q̄ carnē suā sic afflixit vt circa annos. xx. loricaz ad carnē portaret. ⁊ inē lapides ⁊ ligna faceret Hui⁹ manū dū i molendino esset lapis molaris casu apprehēsam sic cōtriuit vt carnem ab vtraq̄ pte auelleret. ossa ⁊ neruos ꝓtereret ita vt in q̄dā mortario ꝓtrita q̄dammō videretur Qui tanto doloris aculeo vrgebat. vt rogaret q̄ man⁹ sibi ꝑcideret. Cū igit. b. elisabeth crebro in sui auxiliū inuocaret. q̄ etiā i vita sua sibi familiaris extiterat. q̄daz nocte sibi appuit di. Vis sanus fieri. Qui cū rñderet. libēt. illa manū apprehēdens. neruos sanauit. ossa inte grauit. ⁊ carnē ab vtraq̄ pte restituit ⁊ pristine sanitati donauit. Mane aūt facto pfecte sanatū se repperit. ⁊ tori q̄uētui ipam manū cūctis stupētib⁹ sanatā oñdit. N Quidā puer q̄n quēnis Discret⁹ noie magūt. dioce. cū cec⁹natus esset. meritis. b. elisa. lumē recepit. Pellis siq̄dem integra sine pilis palpebraruz vel aliq̄ pellis diuisione oculis supinducta fuerat adō vt totalr oculos tegeret. nec sbe oculoz vllum indiciū appareret. Mr̄ igit ei⁹ ad sepulcrū. b. elisabeth ipm ducens de ēra sepulcri ocłos ei⁹ linuit. ⁊ sup eum. b. elisa. merita inuocauit. Et ecce pellis integra p mediū scindit. ⁊ eius oculi

quissimi turbulēti ⁊ sanguinolēti vidēt. Sicq̄ puer. b. elisa. meritis suffragāntib⁹ visus bñficio est potitus. Puella q̄dā eiusdē dioc. beatrix noie cū diu magnis ⁊ diuersis infirmitatibus fuisset molestata. tādē gibbo i dorso ⁊ struma i pectore excrescētib⁹ sic ē toto corpe incuruata. vt nulla se rōne erigeret. ꝫ manib⁹ sup genua positis corpus suū talit sustentaret. Cum igit mr̄ in q̄dā sporta eā ad tumulū. s. elisa. deportasset. ⁊ p. x. dies cōmorātes ibidē nullum potuissent sanitatis remedium inuenire. irata mr̄ eius ꝟ. b. elisa. murmurauit di. Dibus bñficia ipendis. ⁊ me miserā nō exaudis. Reuertēs igit oēs q̄s potero a visitatōne tui auertere ꝓcurabo. Cū igit irata recederet. ⁊ tā millia re ⁊ dimidiū pegisset. ⁊ ei⁹ filia doloribus cruciata lugeret. tandē ipa puella obdormiens. vidit q̄ndam pulcerrimā dñam cū facie refulgēti. q̄ corp⁹ eius i dorso ⁊ pectore liniēs dixit ei Surge ⁊ ambula. Euigilans puella. ⁊ se ab oī deformitate ⁊ curuitate penitus sanatam inueniēs. visionē matri retulit. ⁊ gaudiū ⁊ leticiam generauit. Redeūtes igit ad sepulcrū. s. elisa. deo ⁊ sibi gr̄as egerūt. ⁊ ibidē sportā in q̄ puella portata fuerat dimiserūt. Mulier q̄dā gertrudis nomie eiusdē dioces. p multos annos vtroq̄ crure cōtracta ⁊ toto corpe curua i somnis admonet. vt ad. s. Nicolaū ꝓficiscēs eius debeat merita implorare. Que ad q̄ndā eccle siā. s. nicolai portari se fecit. ⁊ in vno crure sanitatē inuenit. Tandē ad sepulcr̄. b. elisa. pdicta ⁊ sup eius tumulū posita grauissimis doloribus stimulata ⁊ velut amens effecta. sana ⁊ incolumis exurrexit. Mulier q̄dam scintrudis noie eiusdē dioce. cū p annū integrum penitus ceca mansisset ⁊ alioz sp auxilio ducer et. ad rogandā. s. elisa. tota deuotione se cōtulit ⁊ amissum lumē recepit. Vir q̄dam henricus magū. dioce. cū lumine oculoz penitus esset priuatus. sepulcrū. s. elisa. visitans plene curatōnis bñficiū reportauit. Postmodū vo idē vir fluxu sanguinis adeo est grauatus. vt moriturus a familia crederet. Acceptēs vo de terra sepulcri. s. elisa. ⁊ ipam conficiens aq̄ cōmiscuit. ⁊ bibens plenā sanitatē recepit Puella q̄dam methildis noie treuereñ. dioce. duz visu ⁊ auditu priuata esset. ⁊ loquēdi ⁊ ambulandi potentiam amisisset. pr̄ suus ⁊ mr̄ ad. b. elisabeth eā deuouerunt. ⁊ pfecte sanatā. dei ⁊ elisa. laudantes magnalia receperūt. Mulier q̄dam nomine belibingis treuereñ. dioc. cū p annū ceca penitus extitisset ⁊ p sua curatōe beate elisa. merita inuocasset ad tumulū eius duci se facies vnius oculi lumē recepit. Que ad ꝓpria reuersa in alio grauit toq̄ri se sensit. Cū vo iterū ei⁹ merita iploraſſet appuit ei di.

Accedēs ad altare fac cū corpali tuos oculos ventilari. & sic recipies sanitatē. q̄ cū iussa cōplesset sanitatē recepit. Vir q̄dā theodoric⁹ noīe magūti. diocesī genib⁹ & crurib⁹ diu grauissime infirmatus ita vt nō posset pgere nisi ab alijs portaret votū fecit q̄ sepulcr. s. eliza. cū oblatōnib⁹ visitaret. & cū locus ei⁹ a tumulo tantū p. x. miliaria distaret. vix in octo diebus potuit peuenire. Cū vo ibidē p. iiii. septimanas mansisset & nullū remediū impetrasset domū redibat. Cūq̄ in loco q̄dam inxta aliū infirmū decūbens q̄esceret. vidit in somnis q̄ndaz ad se venientē & aqua totalit̄ pfundentē. Qui euigilās ꝯ sociū iratus ait. Quare me aq̄ totaliter pfudisti. Qui ait. Ego te non pfudi. ꝛ credo q̄ illa pfusio erit tibi causa salutis. Ille igit surgēs. & se sanatū totaliter inueniens. baculos sup humer⁹ posuit. & ad tumulū. s. elisabeth rediens & grās agēs. letus ad ꝓpria remeauit. clxiiij. A

De sancta Cecilia.

# Cecilia quasi celi lilia. vel cecis via. vel a celo & lya. vl̄ cecilia q̄si cecitate carēs. Vel dī a celo & leos q̄ē ppl's. Fuit em̄ celeste lilīū p vginitatis pudorē. Vl̄ dī lilīū. q. hūit cādorē mūdicie. virorē ꝓscie. odorē bone fame. Fuit & cecis via p exempli informatōem. celū p fugē contēplationē. lya p assiduā opatōem. Vel dī celuz q. sicut dicit Isid. celū pbivolubile rotundū & ardens esse dixerūt. sic & ipa fuit volubilis per opationē sollicitā. rotunda p ꝑseuerantiam ardens p caritatem succensam. Fuit etiam cecitate carēs p sapie splendorē. Fuit & celū ppl'i. q. i ipa tanq̄ i celo spūali ppl's ad imitādū iturr solē lunā & stellas. i. sapie pspicacitatez. fidei magnanimitatē. & vtutū varietatem. B

Cecilia vgo pclarissima ex nobili roma
c no⁹ genere exorta. & ab ipis cunabulis in fide xp̄i nutrita. absq̄ditū semp euāgeliū xp̄i gerebat in pectore & nō diebus neq̄ noctibus a colloquijs diuinis & oratōne cessabat. suāq̄ virginitatem cōseruari a dño exorabat. Cū aūt cuidā inuenī nomīe valeriano desponsata fuisset & dies nuptiar⁹ instituta esset. illa sb̄tus ad carnē cilicio erat induta & desup deauratis vestibus tegebat. Et cātantibus organis illa i corde soli dño decantabat dī. Fiat dñe cor meū & corpus meū immacl'atū vt non cōfundar. Et biduanis ac triduanis ieiunijs oras cōmendabat dño q̄ timebat. Venit aūt nox in q̄ suscepit vna cū spōso suo cubiculi secreta silentia. & ita eu⁹ alloq̄tur. O dulcissime atq̄ amātissime inuenis. ē misteriū q̄ tibi cōfitear. si mō tu iuratus asseras tota te illud observantia custodire. Jurat valerianus se illud nulla necessitate detegē. nulla ꝓdere rōe. Tūc illa ait. Angelū dei hēo amatorē. q̄ nimio zelo custodit corp⁹ meū. Hic si leuit senserit q̄ tu me polluto amore ꝓtingas. statim feriet te & amittes florē tue gratissime iuuētutis. Si aūt cognouerit q̄ me sincero amore diligas ita q̄z diliget te sic̄ me & oñdet tibi gl'iam suā. tūc valerian⁹ nutu dei correct⁹ ait. si vis vt credā tibi ipm̄ āgelū mihi oñde. & si vere ꝓbauero q̄ angel⁹ sit factā q̄ hortarz. si aūt virū alīū diligis. te & illū gladio feriā. Cui cecilia di. Si i deū verū credideris & te baptisari ꝓmiseris ipm̄ videre valebis. Vade igit in terciū miliariū ab vrbe via q̄ apia nūcupatur & paupib⁹ q̄s illic inuenies dices. Cecilia me misit ad vos vt ostendatis scīm senē vrbanū q̄m̄ ad ipum habeo secreta mandata q̄ perferā. Hunc dū tu videris indica ei oia ꝟba mea. & postq̄ ab eo purificatus fueris & redieris angelū ipm̄ videbis. Tūc valerian⁹ prexit. & fm̄ signa q̄ acceperat scīm vrbanū ep̄m intra sepulcra martyr⁹ latitantez inuenit. Cūq̄ ei omnia ꝟba cecilie dixisset. ille manus ad celū pādens cum lacrimis ait. Domine ihu xp̄e seminator castī cōsilij suscipe seminū fructus q̄ in cecilia seminasti. Dñe ihu xp̄e pastor bone cecilia famula tua q̄si apis tibi argumētosa deseruit. Nā sponsum quē q̄si leonē ferocē accepit. ad te q̄si agnū māsuetissimū destinauit. Et ecce sb̄ito apparuit senex q̄dā niueis vestibus indutus tenēs libr⁹ aureis literis scriptū. Quē vidēs valerian⁹ p nimio timore q̄si mortu⁹ cecidit & a sene leuatus sic legit. Un⁹ de⁹. vna fides. vnū baptma. un⁹ de⁹ & p̄ oim q̄ sup oēs & p oia & in oib⁹ nob. Cunq̄ hec legisset dixit ei senior. Credis ita ec̄. an adhuc dubitas. Tūc exclamauit dī. Nō est aliud q̄ verius credi possit sub celo. statimq̄ illo disparente valerian⁹ a sancto vrbano baptisma suscepit. & rediēs cecilīā cū angelo loquentē in cubicl'o inuenit. Angelus aūt duas coronas exosis & lilijs i manu hēbat. & vnā cecilie & alterā valeriano tradidit dī. Istas coronas immaculato corde & mōdo corpe custodite. q. de paradiso dei eas ad vos attuli. nec vnq̄ marcescent. nec odorē amittent. nec ab alijs nisi q̄bus castitas placuerit videri poterūt. tu aūt valeriane q. vtili ꝓsilio credidisti. pete q̄cūq̄ volueris & cōseqūris. Cui valerian⁹. nihil mihi in hac vita extitit dulcius q̄ vnicus fris mei affectus. Peto igit vt & vitatē ipe mecū agnoscat. cui angel⁹. Placet dño petitio tua. & ābo cū palma martyrij ad dñm veniet. C Post h̄ igressus tyburci⁹ fr̄ valerianī cū nimiū rosar⁹ sensisset odorē dixit. Miror h̄ tpe rose⁹ h̄ odor & lilior⁹ vī respiret. Nam si ipas rosas vel lilia i manib⁹

meis tenerē. nec sic poterāt odoramenta tāte mihi suauitatis infundere. Cōfiteor vobis ita sum refect⁹ vt putē me totū subito imutatum Cui valerian⁹. Coronas habem⁹ qs tui oculi videre nō ꝓualēt. Floreo colore ⁊ niueo candore vnantes. ⁊ sicut me inꝑpellāte odorē sensisti. sic ⁊ si crediderīs videre valebis. Cui tyburti⁹. In somnis hoc audio. an inuitate ista loq̄ris valeriane. Cui valerian⁹. In somnis vsq; mō fuim⁹. ꝯ iā nūc i veritate manem⁹. Ad quē tyburci⁹. Nō hoc nosti. Et valerian⁹. An gel⁹ dñi me docuit quē tu videre poteris si tu purificat⁹ fueris. ⁊ oibus idolis abrenūciaueris. Huic miraculo de coronis rosaꝝ ambro. testat in ꝓfatōne sic di. Sctā cecilia celesti dono repleta. vt martyrij palmā assumeret. ipm mundū est cū thalamis execrata. Testis ē valeriani ꝓlugis ⁊ tiburcij ꝓuocata cōfessio. qs dñe angelica manu odoriferis floꝛib⁹ corona sti. Viros vgo duxit ad gl̄iam. mūdus agnouit q̄tum valeat deuotio castitatis. ℔ Amb.

Tūc cecilia euidēter oīdit ei oia idola eē insensibilia ⁊ muta. ita vt tyburci⁹ rīderet ac diceret. q̄ ista nō credit pec⁹ est. Tūc cecilia osculans pectus eius di. Hodie te fateor meuꝛ esse cognatū. Sic em̄ amoꝛ dei frēm tuū mihi conugē fecī. ita te mihi cognatū ꝓtēpt⁹ faciet idoloꝝ. Vade igit cū fratre tuo vt purificationez accipias. ⁊ angelicos vult⁹ videre valeas. Dixitq; tiburcius fri suo. Obsecro te frā vt mihi dicas ad quē me ducturꝰ es. Cui valerian⁹. ad vrbanū epm. Cui tybur. De illo vrbano dicꝫ qui totiēs dānat⁹ est ⁊ adhuc in latebris ꝓmoratur. Hic si inuent⁹ fuerit cremabit. ⁊ nos in illi⁹ flāmis piter inuoluemur. ⁊ dū querimus diuinitatē latentē in celis incurrem⁹ furoꝛē exurentē in terris. Cui cecilia. Si hec sola essꝫ vita iuste hāc ꝑdere timerem⁹. Est aūt alia meliꝛ q̄ nunq; amittit quā nobis dei fili⁹ enarrauit. Oia em̄ q̄ facta sunt fili⁹ ex patre genit⁹ cōdidit. Vniuersa aūt q̄ cōdita sunt ex patre ꝓcedēs spūs animauit. Hic igit fili⁹ dei in mundū ueniēs vbis ⁊ miraculis aliā vitā esse nob mōstrauit. Cui tyburci⁹ Certe vnū deū eē asseris. ⁊ quō nūc tres esse testaris. Rīdit cecilia. Sicut in vna hois sapia sunt tria. s. ingenium memoria ⁊ intellect⁹ sic ⁊ i vna diuinitatis essentia tres ꝓsone esse pñt. Tunc cepit eidē aduētū filij dei ⁊ passione p̄dicare. ⁊ multas congruitates ipius passionis oīdere. Nā iō inqt fili⁹ dei est tent⁹ vt gen⁹ hūanuꝫ dimittat pctō detentū. Bñdict⁹ maledicit vt hō maledictus bñdictionē ꝓsequat. illudi se patit vt hō ab illusione demonū liberet. Spineā coronā accepit in capite vt a nobis sniaꝝ auferat capitalez Fel suscepit amaꝝ. vt sanaret hois dulcez gustuꝫ. Expoliat vt pentū nrōꝝ nuditatē opiat. In ligno suspendit. vt lignū ꝑuaricatōez tollat. Tunc tyburcius fratri suo dixit. Miserere mei ⁊ ꝓduc me ad hoīez dei vt purificationez accipiā. Duct⁹ igit ⁊ purificat⁹ angelos oī sepe videbat. ⁊ oia q̄ postulabat ꝓtinus obtinebat D Valerian⁹ igit ⁊ tyburci⁹ elemosynis insistebāt. ⁊ sctoꝝ corꝑa qs almachi⁹ ꝓfect⁹ occidebat sepulture tradebāt. Quos almachi⁹ ad se vocās. cur ꝑ suis sceleribus dānatos sepeliret inq̄siuit. Cui tyburci⁹ Vtinā illoꝝ serui essem⁹ quos tu dānatos appellas. Qui cōtem pserūt illud qō videt esse ⁊ nō est ⁊ inuenerūt illud qō nō videt eē ⁊ est. Cui ꝓfect⁹. Quidnā est illud. Et tyburci⁹. Qō videt eē ⁊ nō est. est oīne qō in hoc mūdo est. qō hoiem ad nō esse ꝓducit. Qō vo nō videt esse ⁊ est. est vita iusto rū ⁊ pena maloꝝ. Cui ꝓfectus. Non puto q̄ mēte tua loq̄ris. Tūc iubet astare valerianuꝫ dicēs ei. Am̄ non est sani capitis frater tuus. Tu saltē poteris sapienter dare rīsum. Constat plurimū vos errare. qui gaudia respuitis ⁊ oia inimica gaudijs affectatis. Tunc valerianus se vidisse ait. glaciali tpe ociosos iocantes. ⁊ oparios agricolas deridētas. Sz estiuo tpe dum aduenissent gl̄iosi fruct⁹ laboꝝ gaudētib⁹ illis qui putabant vani ceperūt flere q̄ videbant vrbani. Sic ⁊ nos nūc quidē sustinemus ignominiā ⁊ laborē. in futuro aūt recipiemus gl̄iaꝫ ⁊ eternā mercedē. Vos aūt nunc trāsitoriū habetꝫ gaudiū. i futuro aūt inuenietis eternū luctū Cui ꝓfect⁹. Ergo nos inuictissimi ꝓncipes eternū habebim⁹ luctū ⁊ vos ꝓsone vilissime perpetuū possidebitis gaudiū. Cui valerian⁹. Homūciones estis non ꝓncipes. tpe nostro nati cui⁹ morituri. ⁊ do ratione plus oibus reddituri. Dixit aūt ꝓfectus Quid vboꝝ circūitu imoramur. Offerte dijs libamia ⁊ illesi abscedite. Sctī rīderūt. Nos deo vero ātidie sacrificiū exhibem⁹. Quib⁹ ꝓfectus. Nō est nomē eius. Cui valerianus Nomen eius inuenire non poteris. Etiam si pēnis volaueris. Prefect⁹ dixit. Ergo iupiter nomē dei nō est. Cui valerianus. Nomē homicide ⁊ stupratoris ē. Ad quē almachi⁹. Ergo totus mundus errat. ⁊ tu cuꝫ fratre tuo verum deuꝫ nosti. Valerianus respondit. Nos soli nō sumus sed innumerabilis multitudo hanc sanctitatē recepit. Tradunt igitur sancti in custodiā maximi. Quibus ille ait. O iuuentutis flos purpure⁹. O germanus fraternitatis affectus. quō ad mortē quasi ad epulas festinatis. Cui valerianus ait. q̄ si crediturus se ꝓmitteret. gl̄iam aiaruꝫ eoꝝ post mortē videret. Et maximus. fulminibus igneis ꝓsumar. si non illum solum deum ꝓfitear quē adoratꝫ

si contingat qđ dicitis. Ipse igit maximus et ois ei⁹ familia ac vniuersi carnifices crediderũt.ꝛ ab vrbano qui illuc occulte venit baptisma suscepert. ℰ Igit diꝛ auroꝛa nocti finem daret.Cecilia exclamauit dicẽs.Eya milites xp̃i abijcite opa tenebꝛaruꝫ ꝛ induimini arma lucis.Quarto igit miliario ab vrbe sancti ad statuã iouis ducunt. Et dum sacrificare nollent pariter decollant. Tunc maxim⁹ cuꝫ iuramento asseruit se in hoꝛa passionis eoꝛuꝫ angelos vidisse fulgentes ꝛ alas eoꝝ q̃si virgines de thalamo exeũtes. quas in gremio suo in celuꝫ angeli detulerũt. Almachi⁹ ꝟo audiens maximũ xpianuꝫ effectũ.eũ plũbatis tãdiu cedi fecit.quousq; spũm excussit.Cui⁹coꝛpus.s. Cecilia iuxta valerianũ ꝛ tyburciũ sepeliuit.Tunc almachi⁹ facultates amboꝝ cepit inquirere.ꝛ ceciliam tanq; valeriani ꝓiugẽ coꝛã se fecit astare. Jussitq; vt ydolis immolaret.aut sententiã moꝛtis incurreret. Cuꝫ autẽ ad hoc ab apparitoꝛib⁹ vrgeret.ꝛ illi vehemẽter flerẽt eo q puella tã decoꝛa ꝛ nobilis vltro se moꝛti traderet.dixit ad eos. Hoc boni iuuenes non est iuuentutẽ ꝓdere. ꝫ mutare. dare lutum ꝛ accipe aurum. dare vile habitaculuꝫ ꝛ accipere pꝛecioſum. dare bꝛeuẽ angulũ ꝛ accipe foꝛuꝫ plucidũ. Si quis ꝑ nũmo solidos daret.nõne velocius festinaretis. De⁹ aũt qđ accepit simplũ reddet centuplũ. Creditis his que dico. Et illi. Credim⁹ xp̃m verũ esse deuꝫ qui talem possidet famulã. Vocato igit vꝛbano epo quadringẽti ꝛ amplius baptisati sunt Tunc almachi⁹ sanctã ceciliã ad se vocãs ait. Cuius cõditionis es. Et illa. Ingenua sum ꝛ nobilis. Cui almachi⁹. Ego te de religione interrogo. Et cecilia. Interrogatio tua stultum sumit initium.q̃ duas rõsiones vna putat inq̃ sitione ꝓcludi. Cui almachi⁹. Nõ tibi tanta ꝑ sumptio rũdendi. At illa. De ꝓscia bona ꝛ fide nõ ficta. Cui almachi⁹. Ignoꝛas cui⁹ ptãtis sim. Et illa. Ptãs vestra est q̃si vter vẽto repletus.quẽ si acus purpugerit. ois ꝓtinus riguꝛ molescit.ꝛ q̃quid in se rigidũ hꝫ cernit incurnatur. Cui almachi⁹ Ab iniurijs cepisti ꝛ in iniurijs pseueras. Cecilia rñdit. Iniuria nõ dꝫ nisi qđ verbis fallẽtibus irrogat. Vnđ aut iniuriã doce si falsa locuta suꝫ. aut teip̃m coꝛripe calũniam inferentẽ. Sed nos sciẽtes sanctũ dei nomẽ oĩno negare non possumus. Melí⁹ est em̃ feliciter moꝛi q̃ infeliciter viuere. Cui almachi⁹. Vt quid cũ tanta supbia loqueris. Et illa Non est supbia sed ꝓstãtia. Cui almachi⁹ Infelix ignoꝛas qꝛ vituperandi moꝛtificandi mihi est tradita ptãs. Et illa. Contra veritatẽ publicã ꝓbo te nũc esse mentitũ. Vi tam em̃ viuentibus tollere potes.moꝛtuis autem dare nõ potes. Es igitur miniſter moꝛtis nõ vite. Cui almachius. Jam depone amentiã ꝛ sacrifica dijs. Cui cecilia. Nescio vbi oculos amiseris. Nam quos tu deos dicis.oĩes saxa esse videm⁹. Mitte igit manũ ꝛ tangendo disce qđ oculis nõ vales videre. Tunc iratus almachius iussit eam ad domũ suã reduci.ibiq; tota diem nocte iussit eã in bulliẽte baneo ꝓcremari. Que q̃si in loco frigido mansit nec modicũ saltez sudoꝛis pꝛsensit. Qđ cũ audisset almachi⁹ iussit eã in ipo balneo decollari. Quẽ spiculatoꝛ tribus ictib⁹ in collo pcussit. ꝫ tñ caput eius amputare nõ potuit. Et qꝛ decretũ erat ne quartã pcussionẽ decollãdus ac ciperet eã feminiuã cruent⁹ carnifex dereliq̃t Per triduũ aũt supuiuẽs. oĩa que habebat pauꝑibus tradidit.ꝛ oẽs quos ad fidẽ cõuerterat vrbano epo cõmendauit dñi. Triduanas mihi inducias postulaui. vt hos tue btitudini cõmendarẽ ꝛ hanc domũ meã in ecclesiã consecrares. Sanct⁹ aũt vban⁹ coꝛpus ei⁹ inter epos sepeliuit.ꝛ domũ suam in eccliam vt rogauerat cõsecrauit. Passa est aũt circa annos dñi.ccxxiij.tpe alexandri impatoꝛis. Alibi autez legit qđ passa sit tpe marci aurelij qui imperauit circa annos dñi.ccxx.

clxv. A

De sancto Clemente.

# Lemens dicit a cle

c os qđ est glia ꝛ mẽs quasi gloꝛiosa mens. Habuit em̃ gloꝛiosam mentez. sez purgataz ab omni soꝛde. ornatam oĩ virtute ꝛ decoꝛatam nunc oĩ felicitate. Que felicitas cõsistit in hoc sicut dicit Aug. in libꝛo de trini.qꝛ ibi esse nostrũ non habebit moꝛtez nosse nostꝝ nõ habebit eꝛꝛoꝛẽ. amare nostruꝫ non habebit offensionez. Vel dꝫ a clementia. quia clemens si misericoꝛs valde fuit. Vel si cut dꝫ in glosario clemẽs dꝫ dulcis.iust⁹. maturus.pius. Justus in actione.dulcis in ꝓmone.maturus in cõuersatiõe.pius in intentõe. Eius vitã ipe in suo itinerario inseruit maxime vsq; ad illum locum in quo qualiter beato Petro in pontificatu successit ostenditur. Cetera ex eius gestis que cõmuniter habent sumuntur. B

Lemens eps ex nobili romanoꝝ ꝓsapia oꝛtus est. Pater ei⁹ Faustinian⁹ c mater vꝺ ei⁹ macidiana nũcupata est. Habuit duos fratres.quoꝝvnus Faustinus alter Faustus dicebat.Cunq; macidiana mater eius mira coꝛpis pulcritudine polleret frater viri sui libidinoso amoꝛe in eam vehementer exarsit.Cum aũt eaz quotidie molestaret. ꝛ ipsa sibi nullatenus assentire vellet. vtroq;

suo hoc renelare timeret. ne iter duos fratres inimicicias suscitarz cogitauit p aliqō temp⁹ se a patria absentare. donec illicitus amor cō-quiesceret. quē aspectus sue pñtie inflāmaret. Vt aūt hoc a viro suo obtinere valeret somnium callide confinxit. qō in hunc modū viro suo retulit dicens Ecce quidā mihi p visuz astitit. mihi pcipiens vt confestim cuz duob⁹ geminis. s. Faustino z Fausto ex vrbe discederem z tādiu abessez donec ipe mihi redituz imparet. Quod si non facerē simul cuz omnibus liberis interirem. Quod vir audiens vehementer expauit ac vxorem cū duobus liberis z familia multa athenas misit. vt z ibi maneret z filios faceret erudiri. Minorem autez filium. s. Clementē cum esset annox quincz sibi pater in solatium retinuit. Cum aūt mater cum filijs nauigaret. nocte quadā nauis naufragium ptulit z mater sine filijs a fluctib⁹ eiecta sup quoddā saxum euasit. Que duos natos pisse considerās pre nimio dolore in marz fundum se pcipitasset nisi quia saltē eox cadauera se repturam sperabat. At vo vbi nec vinos nec mortuos se repire posse cognouit. clamores z vlulatus maximos dabat. man⁹ suas morsibus lacerabat. nec vllam cōsolatiōez ab aliq recipevolebat. Cunctz multe mulieres astarent. que sua infortunia eidem narrarent. z illa ex hoc cōsolationē nō recipet. affuit quedā mulier inter ceteras que virū suū adolescētem z nautā in mari pisse asseruit. ob hoc sui a more postmodum nubere recusauit. Recepta igitur qualicunctz cōsolatiōe apud ipam manebat z quotidianū victum suis manib⁹ acq-rebat. Sed non multū post man⁹ eius qs crebris morsib⁹ laceranerat. sine sensu z mortue adeo sunt effecte. vt cū ipsis nullatenus opari posset. Illa aūt que eā suscepat palisum incurrit z de lecto surgere nō valebat. Sicz macidiana mendicare cōpellitur. z ipa cuz hospita ex bis q inuenire poterat pascebat. Cōpleto igit anno q macidiana cū liberis discessit e patria misit athenas nūcios vir ei⁹ vt ipos req-rerent z quid agerēt intimarēt. Sz illi q missi fuerant nullaten⁹ redierūt. Denicz cuz alios misisset. z illi reuertētes se nullū inde vestigium repisse narrarēt. Clementē filiū suuz sub tutoribus dereliqt. z ipe ad qrendū vxorē cuz filijs nauē pscendit. z minime redijt. Viginti igit annis clemēs orbat⁹ stetit nec ō pre vl ma tre vl de fratrib⁹ aliqō indiciū inuēire potuit. Ipe aūt clemēs studio lrax se ptulit z summū phie apicē apphendit. Desiderabat aūt vehemēt z studiose qrebat qliter sibi aie imortalitas pstaderi posset. Ob hoc phox scolas sp adibat. z si quidē q imortalis eēt obtinebatur gaudebat. si qs vo q mortalis eēt cōcludebat tristis discedebat. ¶ Denicz cū barnabas romā venisset z fidē xpi pdicaret. phi euz tancz insanū z amentē deridebāt. Vñ z quidaz q fm qsdaz fuit clemēs phs q eū p sicut alij deridebat z ei⁹ pdicatōez contēnebat. talē qōem p derisu barnabe fecit di. Cū culex aial sit exiguū. qd est q sex pedes hz. z insup alas possidet. Elephas aūt cū sit imane animal nec alas possidet. z tm qtuor pedes hz. Cui barnabas. Stulte tue qstioni rndere p facile posset. si veritatis cā discēde qrere vidēris. Sed nunc de creaturis vobis dicere aliquid absurdū ē. cuz a vobis creatura pditor ignorek. Quia eniz creatorē nō cognoscitis iustū est. vt in creaturis erretis. Hoc verbū cordi clemētis phi valde inhesit. ita q fidē xpi instruct⁹ a barnaba recepit. z in iudeā ad petrū postmodū pperauit Quē ille de fide xpi instruxit. z aie imortalitatez euidenter edocuit. Eo tpe simon magus duos discipulos habebat. s. aquilā z nicetā. q eius fallacias cognoscētes eū reliquerūt z ad petrū pfugerūt z ei⁹ discipuli sunt effecti. Cū aūt petr⁹ clementez de sua interrogasset pgenie ille qd matri z fribus z pri accident p ordinē enarrauit. addēs q credebat q mr cū fratrib⁹ in mari pissent. pater vo aut mero aut sibr naufragio interijsset. Nō audiēs petr⁹ lacrimas cōtinere nō potuit. Quadaz aūt vice petr⁹ cū discipulis suis antaradū z inde ad insulā p sex miliaria distantem in q macidiana mak clemētis morabak venit. vbi quedā colūne vitree mire magnitudinis erāt. Quas cuz petr⁹ cū ceteris mirarek. vidēs ipam mendicātez cur non potius suis manib⁹ oparek increpauit. Que rndit. Speciem tantuz dñe habeo manuuz que mels sic sunt debilitate morsib⁹ vt oino sint insensibiles effecte. Atcz vtinā me in mare pcipitasset vt vltra nō viuerē. Cui petrus. Quid est qō loqueris. Nescis qz aie eoruz qui se interimūt grauiter puniunk. Cui illa. Vtinā hoc mihi certū fieret q aie p⁹ mortez viuāt liberer em melpam occiderē. vt saltē vna hora dulces meos natos videē possez. Cūcz petr⁹ ab ea causam tāte tristicie interrogasset. z illa ei ordinē geste rei narrasset. ait petr⁹. Est quidā adolescēs apud nos nomie clemēs qui hec que refers matri z fratribus asserit accidisse. Nō illa audiens. nimio stupore pcussa corruit. Cunctz ad semetipam rediisset cum lacrimis ait. Ego sum adolescētis mater. Et p cidens ad pedes petri rogare eum cepit. vt sibi filium suum festinanter ostendere dignaretur. Cui petrus. Cum adolescentem videris. paululum dissimula quousqz ab insula cū naui egrediamur. Quod cum illa se facturā p-

misisset. renēs petrus manū ei⁹ ipam ad nauē
vbi erat clemēs ducebat. Vidēs vo clemens
petrus manu mulierē ducentem. ridere cepit.
Mox aūt vt mulier iuxta clementē fuit. se cō
tinere nō potuit ꝫ statim in amplexus ei⁹ ruit
z crebro osculari cepit. Quā ille tanc̄ insaniē
tem mulierē cū idignatōe repellebat z aduer
sus petrū indignatione nō modica mouebat.
Cui petr⁹. Quid agis o fili clemēs. noli repel
lere matrē tuā. Qō cū audisset clemēs. lacris
infusus sup matrē iacētez pcidit z eā recoḡsce
re cepit. Tūc ad p̄ceptū petri hospita sua q̄ pa
litica iacebat adducit z ab eo ꝓtinuo liberatur
Tunc mat clementē de pre interrogauit. Cui
ille. ad te querendū iuit z vltra nō redijt. Ht il
la audiēs solūmō ꝓsuspirauit grāde em̄ ꝓ filio
inuēto gaudiū hns. reliq̄s ꝓsolabat merores
D Interea cū niceta z aquila deessent z rede
untes mulierē cū petro vidissent. q̄ naz sit hec
mulier pcuntant. Quib⁹ clemens ait. Mater
mea ē. quā mihi ds redonauit p dñm meū pe
trū. Post hec petr⁹ oia eis p ordinē enarrauit
Que cū audissent niceta z aq̄la subito surre
xerunt z obstupefacti turbari ceperūt dicētes
Dñator dñe de⁹ va ne sunt hec. an somniū est
qd audim⁹. Tūc petr⁹ Filij non inq̄t nos in
sanim⁹ ꝫ hec va sunt. Ht illi faciem ꝓfricātes
aiunt. Nos sum⁹ faustin⁹ z faustus q̄s mater
nostra estimat in mari interisse. Et accurrētes
in amplex⁹ matris ruūt z eā crebri⁹ osculātur.
Ht illa ait. q̄d vult hoc eē. Ad quā petr⁹. Jsti
sunt filij tui faustinus z faust⁹ q̄s in mari pe
risse putabas. Hec audiens mater p̄e nimio
gaudio velut amens effecta corruit. z post ad
se reuersa ait. Obsecro vos dulcissimi filij nar
rate mihi quō euasistis. qui rūderūt. Cuz na
uis fuisset resoluta z nos sup quandā tabulaz
veheremur. quidā pirate nos inuenientes in su
am nauiculā posuerūt ac mutatis noibus cui
dā nos honeste vidue iustine noie vendiderūt
que tanc̄ filios suos nos habuit. z liberalib⁹
artib⁹ nos eruditi fecit. Tandē phie opam de
dim⁹ z simoni cuidā mago nobiscuz educato
adhesim⁹. Cunc̄ ei⁹ fallaciā cognouissemus.
ipm oino deseruim⁹ z petri discipuli p zache
um effecti sum⁹. Seq̄nti aūt die assumptis
petr⁹ tribus fribus. s. clemente. aq̄la. niceta. ad
q̄ndam secretiorē locū orōnis gratia descēdit.
Quos venerādus q̄daz senex ꝫ tū paup allo
qui cepit di. Miserear vestri frēs q̄ sb̄ specie
pietatis vos grauiter errare ꝓsidero. Nec̄ ei
ds est. nec̄ cult⁹ hic aliq̄s est. nec̄ puidētia in
mūdo. ꝫ fortuit⁹ casus z genes oia agūt. sicut
z ego ex meipo manifeste compi in disciplina
matheseos p ceteris erudit⁹ nolite ḡ errare. siue
em̄ orētis siue nō qō via genes ꝓtinet vob erit
Clemēs aūt in eū respiciens aio pulsabat. z si
bi se eū alis vidisse videbat. Cūc̄ de mandato
petri clemēs aq̄la z niceta cū eo diuti⁹ disputa
ssent z puidētiaz aptis rōnib⁹ oñdissent. eūc̄
ob reuerentiā crebro p̄ez vocarēt. dixit aq̄la.
Quid necesse ē vt eū p̄ez vocem⁹ cū in mā
datis habeam⁹ neminē sup terrā p̄em vocare
Et post hoc respiciēs ad senē ait. Nō iniurio
se accipias pater q̄ frēz meū culpaui. qz te pa
trē vocauit. Habem⁹ em̄ tale mandatū ne ali
quē isto noie vocem⁹. Cunc̄ aq̄la ꝫ dixisset ri
sit oīm astantiū cet⁹ vna cū senex petro. Et cū
ille cām risus inq̄reret. dixit ad eum clemēs.
Quia facis id de q̄ alios culpas. senē p̄ez vo
cādo. Ht ille negabat dicēs. Vere nescio si eū
p̄ez vocauerim Veruz cū satis ō puidētia di
sputatuz esset. dixit senex. Crederē vtiq̄ puidē
tiam esse. ꝫ a ꝓpria ꝓscia ꝓhibeor huic fidei ac
cōmodare ꝓsensum. Noui em̄ mea z coniugi
mee genesim. z scio ea que vnicuiq̄ nostrū di
ctabat genes accidisse. Audite igit ꝓlugi mee
thema. z inuenietis scema cui⁹ exitus accidit
Habuit nāc̄ matrē cū venere sup centz lunā
vo in occasu in domo martis z finib⁹ saturni.
qō scema adulteras facit z seruos ꝓprios ama
re z pegre ꝓficisci z in aquis defungi. Quod
z ita factū est. Incidit nāc̄ in amorē fui z pi
culum atq̄ obprobriuz metuēs cū ipso ausu
git. z in mari perijt. Naz sicut frater me⁹ retu
lit. ipm primo adamauit. Sed cū ipe assentire
sibi noller. in seruū sue libidinis amorē retor
sit. Nec m̄ ei iputandū est. qz eā genes hoc fa
cere cōpulit. Narrauitq̄ quō somniū finxerit
z quō cū liberis athenas vadēs naufragio pe
rit. E Cunc̄ filij vellent in eū irruere z rez
aperire ꝓhibuit petrus dicēs. Quiescite quo
adusq̄ mihi placuerit. Dixitq̄ ei petr⁹ Si ho
die cōiugem tuā castissimā cū trib⁹ filijs tuis
ꝓsignauero. credes qz genes nihil sit. Cui ille
Sicut impossibile est te exhibere qō ꝓmisisti
ita z impossibile est extra genesim aliq̄d fieri.
Dixitq̄ ei petr⁹. Ecce iste est fili⁹ tuus clemēs
z hi duo gemini tui Faustin⁹ z faustus. Tūc
senex resolutis mēbris cecidit. z q̄si exanimis
factus est. Filij aūt irruentes in eū osculabā
tur. verētes ne spūm reuocare posset. Tandez
ad se redīs oia vt acciderāt p ordinē audiuit
Tūc subito vxor aduenit z cū lacrimis clama
re cepit. Vbi est vir me⁹ z dns me⁹. Hec cum
illa quasi amēs clamaret. senex cucurrit z cuz
multis lacrimis amplecti z stringere eā cepit.
Dū igitur simul manerent aduenit quidā nū
cians apionē z ambionē faustiniani amicissi
mos cum simone mago hospitari. De quorū
aduentu faustinian⁹ valde gauisus ad eos vi
sitandos iuit. Et ecce nuncius venit qui dice-

ret ministrū cesaris antiochiā adueīsse. vt magos oēs quereret ⁊ more puniret. Tūc simō magus in odiū filioꝝ q̄ ipm reliq̄rant. vultus sui siḿitudinē in faustinianū imp̄ssit vt nō faustinian⁹ ꝫ simō mag⁹ ab oib⁹ putarent. Hoc aūt fecit vt a ministris cesaris loco sui teneretur ⁊ occideret. Ipe aūt simō de ptib⁹ illis abscessit. Cū aūt faustinian⁹ ad petrū ⁊ filios rediſſet. expauerūt filij vultū simonis. in eū intuētes vocē aūt patris sui audiētes. Sōl⁹ aūt petr⁹ erat q̄ vultū ei⁹ naturalē videbat. Cunctiq filij ei⁹ ⁊ vxor ei⁹ eū refugerēt ⁊ execrarent. docebat eis. Cur execrami ⁊ refugitis patrē vr̄m Qui rūderūt. q̄ tō eū fugerēt. q̄ in eo vult⁹ simonis magi appareret. Confecerat em̄ simō q̄ddam vngentū. ⁊ facie ei⁹ punxerat. ⁊ vultū suū arte magica impressserat in eū. Ipe igit lamentabat ⁊ dicebat. Quid mihi misero accidit vt vna die recognit⁹ ab vxore et filijs letari nō potuerim cū eis. Vxor vo ei⁹ sparsis crinibus ⁊ filij plurimū flebāt. ℣ Simō aūt magus dū adhuc eēt antiochie petr̄ plurimū infamauerat. magū maleficū ⁊ homicidā euz dicēdo. Veniq̄ intantū aduersus petrū plurimū p̄citauerat. vt ipm inuenire plurimūz affectarēt. vt carnes ei⁹ dētib⁹ laniarēt. Dixit ḡ petrus faustiniano. Ām quidē simō mag⁹ eē videris. ꝑge antiochiā ⁊ cōraz oi pplo me excusa. ac ea q̄ de me dixit simō ex psona sui retracta. Post ꝫ ego antiochiā veniā ⁊ alienū hūc vultū a te effugabo ⁊ p̄priū vultū cōrā oibus reddā. Hoc tū nullo mō credendū est q̄ b. petrus mētiri mādauerit cū dñs nō indigeat nostro mēdacio. Jō itinerari⁹ clemētis in q̄ hec scpta sunt liber apocrifus ē. nec vt quibusdaz placet suscipiēdus ē in talib⁹. Verūtū dici pt q̄ petr⁹ si diligēter vba sua p̄sideren̄t non sibi dixit vt simonē magū eē se diceret ꝫ vt pplo effigiē faciei supinductā oñdēs petrū ⁊ persona simonis cōmendaret ⁊ mala q̄ dixerat reuocaret. Et ille dixit se esse simonē. nō q̄tuz ad veritatez. ꝫ q̄tuz ad apparentiā. Dñ qō infra dixit faustinian⁹. Ego simō ⁊c. sic dz accipi. i. q̄tum ad apparentiaz videor eē simon. Fuit ergo simō supple putatiu⁹. Perrexit ḡ faustinianus pater clemētis antiochiā ⁊ pplm conuocans dixit. Ego simō annuncio vobis. ⁊ p̄fiteor oia fefellisse de petro. Nequaq̄ em̄ est seductor vel mag⁹ ꝫ ad salutē mundi missus. Qua p̄opter si decetero aliquid cōtra ipm dixero. me tanq̄ seductorez ⁊ maleficum repellatis. Nunc em̄ pniaz ago quia male me dixisse cognosco. Moneo igitur vos vt ipi credatis. ne vosr ciuitas vestra insimul pereat. Cunctiq hec omnia que petrus iusserat cōplesset. ⁊ iam in amorem petri pplm incitasset. Petrus ad eū venit ⁊ oratione facta effigiez vultus simonis abeo penit⁹ effugauit. Populus aūt antioche⁹ petrū benigne ⁊ cum multo honore recepit ⁊ ipm in cathedra sublimauit. Quod audiēs simon illuc p̄rexit. ⁊ pplm cōuocās ait. Miror q̄ cum vos salubribus p̄ceptis instruxerim. ⁊ a seductore petro vos cauere monuerim vos ipm non solum audistis. sed etiaz epali cathedra sublimastis. Tunc omnes cum furore aduersus eū dixerunt. Monstro nobis filis es. Nudiustercius te penituisse dicebas. ⁊ nūc te ⁊ nos p̄cipitare conaris. Et impetu in eū facientes. cū ignominia eū p̄tin⁹ expulerūt. Hec omia clemens in libro suo de seipso narrat. et hanc hystoriam ibidem inseruit. ¶ Post hec aūt petrus cū romā venisset. ⁊ suam passionem imminere videret. clementē post se epiſcopuz ordinauit. Mortuo igitur p̄ncipe apostoloz petro. clemens vir prouidus precauēs in futurum ne. s. per hoc exemplū quilibet vel let sibi in eccl̄ia successorem statuere ⁊ heredi tate sanctuariū dñi possidere. lino cessit. ⁊ post modum cleto. Nonnulli asserūt q̄ linus ⁊ cletus non fuerunt summi pontifices. sed tantū petri apostoli coadiutores. ꝓpter qō in catho logo pontificum meruerūt annumerari. Post hos aūt clemens eligitur. ⁊ p̄sidere cōpellitur Qui ita mox ornamēta pollebat vt iudeis et gentibus ⁊ oibus xp̄ianis pplis cōplaceret. Singularū inopes regionū nominatim scriptos habebat. ⁊ quos baptismi sanctificatiōe mundauerat nō sinebat publice fieri mēdicitati subiectos. Cum itaq̄ domicillā virginem neptē domiciani imperatoris sacro velamie cōsecrasset. ⁊ theodorā vxorē Syſinnij amici imperatoris ad fidē cōuertisset. ⁊ in castitatis ꝓposito manere ꝓmitteret. Syſinni⁹ zelo ductus eccl̄iam post vxorez suam occulte intrauit. scire volēs ꝓpter quid illa sic eccl̄iam frequentaret. Vt vbi a sctō clemente oīo fusa est. ⁊ a populo rūsum est amen. Syſinni⁹ cecus ⁊ surd⁹ penitus effect⁹ est. Qui statim pueris suis dixit. Cito me tollite ⁊ foras educite. Pueri autē p totam eccl̄iam eū girabant. ꝫ ad ianuas p̄uenire non poterant. Quos cum vidisset theodora sic errantes p̄mo quidē ab eis declinauit. putans q̄ vir suus eam cognoscere posset Postmodū aūt quidnā hoc eēt interrogauit Qui dixerunt. Dñs noster dum vult videre ⁊ audire q̄ nō lz cecus ⁊ surd⁹ factus ē. Tūc illa in oratiez se dedit depcans vt vir suus inde exire posset. Et post oratiōē dixit pueris. Ite mō ⁊ p̄ducite dūm vestrū ad domū. Cūq̄ abissent sctō clemēte theodora q̄d acciderit indicauit. Tūc sctūs rogatu theodore ad eū venit ⁊ ipm inuenit aptis oculis nil videntez ⁊ nil penit⁹

